PETRUS HELIAS' SUMMA SUPER PRISCIANUM I-III

An Edition and Study

by

© Leo Alexander Reilly 1975

A Thesis submitted in conformity with the requirements for the Degree of Doctor of Philosophy in the University of Toronto

Table of Contents

Text

De Arte 1

De Voce 5

De Litteris 10

De Syllabis 44

Expositio Partium 54 (178; 207)

De Fere et Plerumque 98

De Dictionibus 102

Apparatus

Apparatus Primus: Apparatus Criticus 210

Apparatus Secundus: Fontes et Testimonia 425

Study

The Life and Works of Petrus Helias 534

The Manuscripts 555

The Text Tradition 568

The Sources of the Summa 574

The Relationships of the Sources 608

Notes on the Text 637

Classroom Methodology 671

The Achievement of Petrus Helias 677

Principles of Edition 680

Sigla Manuscriptorum et Editionis 690

List of Abbreviations 691

Bibliography 692

THESIS

PETRUS HELIAS' SUMMA SUPER PRISCIANUM I-III

An Edition and Study

(Summary)

Petrus Helias' Summa super Priscianum is the best known of the medieval grammars and the first in the organic, non-lemmatic, summa form. Peter's fame as the author of this work has tended to obscure other details of his life. Yet in a contemporary poem, the Metamorphosis Goliae, he is ranked after Gilbert of Poitiers and Thierry of Chartres among the first scholars of the age. Born in Poitiers about the beginning of the twelfth century, he spent most of his student and teaching career at the school of Thierry of Chartres in Paris, where he taught rhetoric to John of Salisbury, ca. 1141, and where he wrote his Summa, ca. 1150. Not long afterwards, he returned to Poitiers where he held different church offices, including that of dean of the diocese, until his death, ca. 1166. Only three of some fifteen attributed works are considered authentic, the Summa itself, a commentary on Cicero's De Inventione and a poem, Musa super Canticis Canticorum. The opening portion of the Summa chosen for edition covers the author's main principles on all parts of grammar; the remainder including the de constructione awaits edition.

Catalogues and secondary sources have yielded seventeen manuscripts of which three are independent witnesses to the archetype, MS Paris, Bibl. de l'Arsenal 711 (s. xiii), our P, MS Munich, S.B. clm. 3515 (s. xii), our M, and MS Erlangen, Univ. 399 (s. xiii),

our E. P proves to be the best of the three on grounds of statistical probability and completeness. The other manuscripts fall within the three tradition represented by P, M and E but with considerable contamination among the traditions.

The Summa is an extensive revision of the early twelfth century Glose in Priscianum of William of Conches, carried out according to principles more consistent with an earlier Priscian commentary, the Glosule, here attributed to William of Champeaux. While the Summa's clear organization and consistent definitions ensured its popularity, its distinctive teachings seem to have been less influential in subsequent speculative grammar than teachings deriving directly from William of Conches.

Peter defines language as an activity of the speaker, animalis prolatio, 2, 1, and not as among the things that exist, ea quae sunt, 6, 6. Stress on the creative factor seems to lead to his emphasizing the identity of a word like "man" in different contexts referring to the individual, to the nature and to the noun itself, 142, 15-18. Like the word, "letter," referring to its spoken and written forms, the noun is not equivocal (in an absolute sense) but embraces its instances, nomen complexive dictum, 10, 20, nomen complexivum, 10, 14. The noun itself signifies substance or something in the manner of a substance, modo substantiae, 121, 13, a phrase added to Priscian to cover things that do not exist. The stress on the sameness of the instances covered by the term may reflect William of Champeaux's view that the universal is identical with its instances "essentially,"

Sigla Manuscriptorum et Editionis

B Bruges, Bibl. munic. 535 (s. xiv)

C Cambridge, Gonville and Caius 341 (537) (s. xiii)

E Erlangen, Univ. 399 (formerly, Irmischer 308) (s. xiii ex.)

F Munich, S.B., clm. 17209 (s. xv ?)

K Prague, Knih. Un. IV. E. 21 (701) (1429 A.D.)

L Orleans 251 (s. xiii)

M Munich, S.B., clm. 3515 (s. xii)

N Munich, S.B., clm. 14424 (s. xiii)

O Oxford, Bodl. Library, Canon Misc 189 (s. xv)

P Paris, Bibl. de l'Arsenal 711 (s. xiii)

Q Paris, B.N. lat., 16220 (sormerly, Sorbonne 901) (s. xiii)

R Paris, B.N. lat., 16220, f. 3 (See description of Q.)

S Schlägl 109. Cpl. [8143, 187 (1443 A.D.)

U Venice, B.N., Marciana Lat. XIII, 27 (= 4522) (s. xv)

V Vienna, N.B., CL 2459 (Salisb. 10 g) (s. xiv or s. xv)

W Worcester Cathedral, Chapter Library F 99 (s. xiii)

X Worcester Cathedral, Chapter Library F 137 (s. xiv)

Z Metz, Bibl. de la ville 261 (s. xiii, s. xiv, s. xv)

H Vincent of Beauvais, Speculum Quadruplex, sive, Maius, ed. the Benedictines, Douai, 1624 (repr. Graz, 1965), vol. 2, cols. 81-210

‹Petri Heliae Summa Super Priscianum›

‹DE ARTE›

P f. 1ra Ad maiorem artis grammaticae cognitionem primo videndum est quid sit grammatica, quod genus eius, quae materia, quod officium, quis finis, quae partes, quae species, quod instrumentum, quis artifex, quare grammatica dicatur, quo ordine etiam docenda sit et discenda.

Definitio grammaticae

Grammatica ergo est scientia gnara recte scribendi et recte loquendi. Gnarus vero dicitur peritus quomodo quid fiat, non quod illud faciat. Recte autem scribere vel loqui, intelligimus secundum unumquodque genus loquelae in quo composita est grammatica, ut si in graeco tractata sit recte sciat quis graece scribere et loqui.

De Genere

Cum vero genus pluribus aliis modis accipiatur, genus hic pro qualitate accipitur, cum arti, scilicet, attribuitur. Genus enim cuiuslibet artis est qualitas eius secundum suum effectum, id est, secundum hoc quod in discente efficit. Huius ergo generis, id est, huius qualitatis est grammatica, quod ipsa est litteralis scientia, eo, scilicet, quod litteratum efficit. Litteratum vero dicimus illum qui litteras in syllabis, syllabas in dictionibus, dictiones congrue ordinare scit in orationibus, et ordinatas competenter novit pronuntiare.

De Materia

Materia cuiuslibet artis est id in quo artifex agit secundum artem. Non enim arti attribuenda est materia unde fiat, sed potius in qua fiat, sicut alibi aperte demonstratum est. Materia itaque artis grammaticae est vox, non ut pro

sono accipitur, sed ut pro animalis prolatione. Litteratus namque secundum artem grammaticam de voce format litteram, syllabam, dictionem, orationem in quocumque genere linguae ars grammatica composita est et tractata. Nec illud dico, quod littera, syllaba, dictio, oratio artis huius sint materia, licet hoc omnes antiqui dixerunt, sed vox potius. Unde secundum artem grammaticam illa quattuor formantur, quod quemadmodum fiat, loco suo demonstrabitur.

De Officio

Officium cuiuslibet artis est id quod facere debet artifex secundum artem. Huius ergo artis officium est litteras congrue in syllabis, syllabas in dictionibus, dictiones in orationibus ordinare et easdem competenter pronuntiare ad vitationem soloecismi et barbarismi. Soloecismus est incongrua dictionum ordinatio, ut "Dominum venit." Dicitur autem soloecismus quasi 'mos Soloecensium' a Soloe, civitate Graeciae, cuius cives cum Romam venirent ut latine loqui addiscerent, corrupte loquentes dictiones incongrue ordinabant. Barbarismus vero est incongrua litterarum vel syllabarum in scriptura coniunctio sive dictionis incongrua prolatio, ut si scribas f ante b in eadem syllaba, vel si pronunties natura paenultimam correptam cum eam debeas producere. Barbarismus vero dicitur quasi 'mos barbarorum'. Barbari namque incongrue solent litteras et syllabas pronuntiare. Dicebantur vero antiquitus barbari omnes praeter Graecos et Latinos.

f. rb

De Soloecismo

De Barbarismo

Finis cuiuslibet artis est id ad quod tendit artifex per officium. Finis ergo huius artis est recte scribere et recte loqui, sive in scribendo et loquendo soloecismi et barbarismi vitatio, quod idem est cum eo quod praedictum est. De Fine

Partes huius artis sunt quattuor, quarum nomina quoniam non habemus, dicatur prima pars, "de litteris," secunda, "de syllabis", tertia, "de dictionibus," quarta, "de oratione." Ars enim grammatica scientia est omnium istorum simul et nullius tantum per se. Unde etiam partes dicuntur quadam similitudine quia quemadmodum, si paries et tectum et fundamentum simul conveniunt, domus est integra, si una illarum partium defuerit integra non est, ita quoque, si haec omnia simul conveniunt in aliquo ut scientiam illorum quattuor habeat, integram habet huius artis scientiam. Cui vero unum illorum defuerit, perfectam artis grammaticae scientiam non habet De Partibus

Species cuiuslibet artis sunt qualitates quas artifex per artem attribuit materiae. Cum enim species pluribus modis accipiatur, hic pro forma vel pro qualitate ponitur. Sunt ergo species artis grammaticae genera linguarum in quibus ars grammatica tractata est et composita. Vocem enim format artifex in diversa genera linguarum secundum artem grammaticam. Est autem grammatica composita in lingua graeca et latina, hebraea et chaldaica. Et possunt huius artis species crescere, id est, plures esse, ut si grammatica tractaretur in gallica lingua, quod fieri posset, | sive in aliqua alia in qua nondum tractata est. De Speciebus

f. a

Artifex cuiuslibet artis est qui artem exercet. Est igitur artifex huius artis litteratus vel potius litterator qui et de voce litteras format et has in syllaba, syllabas in dictione, dictiones in oratione, competenter ordinat. Grammaticus enim dicitur proprie qui artem docet, litterator, qui artem exercet. Quid sit artifex

Instrumentum vero huius artis est multiplex, ut dentes quattuor principales, labia, lingua, palatum et cetera, quae quidam musas nominant. Et, ut totum colligam, quodlibet instrumentum scribendi et vocem recte formandi instrumentum artis grammaticae dicimus esse. Quod instrumentum

Grammatica dicitur a 'grammaton' quod est 'littera'. 'Grammaton' vero dicitur a 'gramme', quod est linea, eo, scilicet, quod litterae lineis quibusdam depinguntur. Dicitur ergo grammatica a genere suo quasi 'litteralis' scientia. eo quod litteratum efficit. Unde sic dicatur

Hoc ordine docenda est grammatica. Primo enim agendum est de littera, in qua parte ars notaria continetur, quam omnino omisimus. Postea vero agendum est de syllabis in qua parte continetur ars metrica quae ad musicam multum pertinet. Tertio loco, tractandum est de dictionibus docendo quae eis accidant. [secundum quae debent construi] Ad ultimum, agendum est de oratione docendo quo modo dictiones secundum illa accidentia construa)ntur. Quo ordine docendasit

<DE VOCE>

Quo ordine agendum de voce Pr.I 1-2 GLK II

Quoniam autem vox materia huius artis est, tum etiam quia in descriptione litterae, syllabae, dictionis, orationis, nomine vocis utitur Priscianus, iccirco a voce inchoat 5,2 ff. agendo de illa hoc ordine. Prius enim describit vocem dupliciter, deinde dividit vocem in quattuor species ut a 5,2-4 ceteris speciebus separet illam de qua intendit. 5,5-6,4 Ad ultimum etymologizat nomen vocis more grammatici. 6,4-5 Sed antequam descriptiones a Prisciano positas exponamus diversas diversorum sententias de voce ponere necessarium esse duximus.

Opinio Stoicorum de voce

A. Gellius itaque in libro Noctium atticarum duas antiquorum de voce ponit sententias, unam Stoicorum, alteram Platonis. Stoici namque vocem dixerunt esse aera, ideoque, corpus, quod plerique nostri temporis tenent et confirmant, ita etiam ut plerique eorum turpia quaedam incurrant concedentes quod vox est alba et nigra et fetida secundum diversas f. vb aeris|qualitates. Facile etiam concederent quod aves volant per hypotheticas propositiones. Sed utrum inter antecedens et consequens aliquando volent, mihi vellem homines isti tam erronei dicerent. Privolam prorsus hanc sententiam iudico, nec philosophorum dogmati accomodatam. Plato quoque dixit vocem esse aeris plagam, id est, aeris percussionem. Sed hanc rursus percussionem, quidam nostri temporis dixerunt esse passionem passibili qualitati adiunctam, alii, actionem.

Opinio Platonis de voce

Alii itaque vocem dixerunt esse substantiam, alii qualitatem, alii quantitatem, alii in alio posuerunt praedi-

camento, quae omnia utpote falsa repellimus. Pr. I 1 GLK II

Opinio magistri de voce

Dicimus enim vocem non esse eorum quae sunt res sed eorum potius quae proferuntur. Ideoque vocem vel substantiam esse vel qualitatem vel aliquid aliorum decem praedicamentorum plane negamus. Per illa enim decem dividuntur ea quae sunt. Vox autem eorum est quae proferuntur, non eorum quae sunt. Res namque eas tantum dicimus quae vel sunt substantiae vel sunt in substantiis, ut in subiectis. Vox vero neque substantia est neque substantiam informat, quare vox non est res sed profertur. Ad nullum itaque praedicamentum pertinet. Praedicamenta namque rerum naturam sequuntur. Vox enim nihil in rerum ponit natura, quoniam nec substantia est nec substantiam informat, ut saepe dictum est.

Est autem vox sonus naturalibus instrumentis in aere formatus; non autem est substantia vel accidens, quoniam non est res sed profertur. Et haec quidem descriptio voci convenit ut pro animalis prolatione accipitur. Quandoque enim vox sono generaliter parificatur. Illa itaque descriptio: "Vox est percussio aeris, etc.," per causam data est, quoniam vox, lingua percutiente aera, formatur. 5, 1

Descriptio vocis secundum auctorem

Priscianus vero hanc ponit descriptionem: "Vox est aer tenuissimus ictus." Aut ergo dicemus eum in sententia Stoicorum fuisse, et in hoc plane deceptum, et sic erit definitio illa constans ex genere et substantialibus differentiis. Aer namque secundum illam sententiam genus est vocis. Aut, si ab illo errore Priscianum defendere volumus, dicemus descriptionem illam datam esse per causam sicut et illam: "Dies

est sol lucens super terram," non quod dies sit sol sed quia lux solis est causa diei. Itaque vox est aer ictus, non quod vox sit aer, sed quia aeris percussio causa est vocis. Pr.I 1 GLK II

"Tenuissimus" autem additur quoniam in spisso aere vox formari non potest, unde etiam pisces muti dicuntur, vel tenuissimus secundum antiquos, quia aer in sui natura tenuis est, tenuior cum attrahitur, tenuissimus cum in pulmone colatur, vel tenuis fit cum attrahitur, tenuior cum colatur in pulmone, tenuissimus cum per arterias emittitur, in qua, scilicet, emissione vox formatur. 5,1

Aliam rursus ponit descriptionem: "Vox est suum sensibile aurium," id est, quod, ut ab auribus sentiatur, eis proprie accidit. Bene autem dixit "suum aurium," quia et auris sentit aliquid tactu sed non est auris instrumentum tangendi, sed potius audiendi. 5,1-2 Alia descriptio

Et "prior definitio a substantia sumpta est," id est, per causam data est, quae voci suam quodammodo confert substantiam, vel "a substantia sumpta est," id est, substantialis est definitio constans ex genere et substantialibus differentiis, si Priscianus errorem Stoicorum secutus est. 5,2-3 Differentia inter descriptiones

"Altera vero a notione, quam Graeci 'ἐννοιαν' vocant, id est, ab accidentibus." Bene autem appellavit notiones accidentia, quoniam accidentia primo sensibus occurrunt; ideoque primo loco nostrae subiacent notitiae secundum sensus. Substantialia namque notiora sunt secundum naturam, sicut secundum sensus accidentia. Hac ergo ratione accidentia notiones appellat, 5,3

5 f. a

quoniam primo secundum sensus nostrae occurrunt notitiae. Pr.1 1-2 GLK II
Bene autem adiunxit "quam Graeci 'ἔννοιαν' vocant," quoniam 'ἐν' 5,3
interpretatur 'in', 'νοῦς' vero, 'mens', quia a sensu ad mentem
rerum transfertur cognitio, ut mente, scilicet, discernatur
qualis sit res vel quanta.

Vox alia est articulata, alia, inarticulata. Rursus 5,5-6
vox alia est litterata, alia illitterata. Articulata est illa Vocis divisio duplex
quae copulata est alicui significationi sive consignificationi.
'Artare' enim est copulare, unde sumptum est 'articulo articulas',
diminutivum. Inarticulata est illa quae nulli significationi sive consignificationi coniuncta est. Litterata
quoque est illa vox quae litteris iam repertis scribi potest;
illiterata vero est quae scribi non potest litteris iam
repertis.

Si ergo differentia illa quae est litterata addatur 5,8-11
ei quae est articulata, fiet inde illa vocis species quae
est vox articulata et litterata, ut "Arma virumque cano."
Coniungantur iterum illitterata et articulata et fiet alia 5,12
species vocis, ea, scilicet, quae est articulata et illit-
terata, ut gemitus infirmorum. Coeat rursus litterata cum 5,14-15
inarticulata et fiet tertia species vocis, illa, scilicet, quae
f. est inarticulata et litterata, ut 'ccax', quae est vox rana-
rb rum, unde verbum facticium in Sidonio reperitur, 'coaxo
coaxas'. Similiter et 'cra' vox inarticulata et litterata
est, quae vox corvina est. Si vero coniungantur illitterata 6,1-2
et inarticulata fiet quarta species vocis quae est inarticulata

et illitterata, ut mugitus boum et similia.

De Etymologia

Et quia restat ut etymologiam eius nominis quod est 'vox' dicamus, quid sit etymologia breviter absolvemus. Etymologia ergo est expositio alicuius vocabuli per aliud vocabulum, sive unum, sive plura magis nota, secundum rei proprietatem et litterarum similitudinem, ut 'lapis' quasi 'laedens pedem', 'fenestra' quasi 'ferens nos extra'. Hic enim et rei proprietas attenditur et litterarum similitudo observatur.

Est vero 'etymologia' nomen compositum ab 'etymo', quod interpretatur 'verum' et 'logos', quod interpretatur 'sermo', ut dicatur 'etymologia' quasi 'veriloquium', quoniam qui etymologizat 'veram', id est, primam vocabuli originem assignat.

Differentia inter etymologiam et interpretationem

Differt autem ab interpretatione quae est translatio de una loquela in aliam. Etymologia vero saepius fit in eadem loquela.

Etymologia vocis

Vox ergo dicitur vel a 'vocando', quia etymologia quandoque sequitur derivationem, vel 'ἄπο τοῦ βοῶ' id est, ab hoc verbo graeco quod est 'boo', mutatione b litterae in v consonantem. Et vide quod 'ἄπο' graece, 'ab' dicitur latine; 'τοῦ' est articulus apud Graecos et valet quantum 'hoc'. Unde dicitur 'ἄπο τοὺ βοῶ', id est, 'ab hoc quod est boo', quod interpretatur 'sono', unde compositum invenitur 'reboo as', id est, 'resono nas', sicut in hymno habetur:

Reboat in omni gloria mundo.

DE LITTERA

Ordo agendi de littera

Post hunc de voce tractatum agit Priscianus de littera et hoc ordine. Describit litteram dupliciter, deinde etymologizat hoc nomen quod est littera. Tertio loco certum ponit numerum figurarum et ostendit multoplures esse pronuntiandi modos. Quarto loco et ad ultimum, enumerat accidentia litterae et exsequitur ea usque in finem. Prius ergo quid de littera antiqui senserunt edisseramus; deinde quid nobis videatur explanabimus.

Ordo antiquorum de littera

Dixerunt itaque antiquiores quod littera aequivoce dicitur de figura et pronuntiatione, quod nobis minime videtur.

Dicimus enim quod figura eadem littera est quae et pronuntiatio quam ipsa repraesentat. Littera namque complexivum nomen est, non aequivocum. Est autem complexivum nomen quod singulariter prolatum multis convenit, ita quod unicuique illorum. Sicut hoc nomen 'homo' est haec pars orationis, nomen, ita unumquodque nomen est haec eadem pars orationis, ita, scilicet, quod omnia nomina simul sunt haec pars orationis et unumquodque nomen est haec eadem. Ideoque pars orationis, hoc ipsum quod modo dixi, complexive dicitur de nominibus. Eodem ergo modo littera complexivum nomen est et scripturae et pronuntiationis, ita, scilicet, quod haec figura, a, littera quaedam est et rursus haec pronuntiatio, a, est illa eadem littera. Figura itaque et pronuntiatio quam ipsa repraesentat sunt una littera ita quod et ipsa figura littera est et pronuntiatio eadem littera est.

f. va

Differt autem complexivum nomen a collectivo

quoniam collectivum nomen pluribus simul convenit et nulli eorum per se, ut 'populus'. Complexivum vero pluribus convenit ita quod omnibus illis simul et unicuique illorum per se, ut superius demonstratum est. Pr.I 2 GLK II

Quid sit nomen complexivum

Dicimus itaque quod littera est pronuntiatio simplex repraesentata figura. Neque enim pronuntiatio sine figura littera est neque figura sine pronuntiatione sed pronuntiatio repraesentata figura, ita, scilicet, quod figura et pronuntiatio simul sunt eadem littera et unumquodque illorum per se, ut praedictum est. De littera igitur ubique in hoc tractatu agit Priscianus, sed modo secundum figuram, modo secundum pronuntiationem. Quaedam enim attribuit litterae propter hanc, quaedam propter illam.

Describit quoque Priscianus hoc modo litteram: 6,6

Descriptio litterae

"Littera est minima pars vocis compositae," id est, elementariis sonis distinctae. Composita namque vox dicitur hic contra confusam. Vocem vero confusam dicimus illam quae sonis elementariis non distinguitur. Littera ergo pars vocis dicitur "minima," quod secundum unam expositionem in respectu dicitur eo, scilicet, quod nullum comprehendentium, sive illud sit oratio, sive dictio, sive syllaba, tam parvum est sicut littera. Et secundum hoc non potest illud opponi, quod littera, scilicet, correpta minor est quam producta, quia minimum dicitur hic in respectu comprehendentium, sicut dictum est. Vel "pars minima" dicitur, id est, valde parva, eo, scilicet, quod per voces dividi non potest

De Etymologia litterae

sicut syllaba. Et haec quidem descriptio secundum vim et proprietatem partis integralis data est. Pr.I 3-4 GLK II

Littera quoque sic describitur: "Littera est vox quae scribi potest individua," id est, vox repraesentata figura quasi scriptibilis et individua, id est, quae per alias voces dividi non potest. Vox ergo ibi ponitur pro genere sed ad differentiam vocis quae non potest scribi additur "quae scribi potest." Sed quia hoc totum habet syllaba et dictio et oratio, ad differentiam omnium istorum additur "individua," Et haec est definitio constans ex genere et substantialibus differentiis. 6,10-11

f. 7b

Littera vero secundum etymologiam dicitur quasi 'legitera' eo quod iter praebeat legendi, sive figuram attendas, sive pronuntiationem. 'Legitera' vero non est vox significativa quia etymologia quandoque fit sequendo litterarum similitudinem, ut fiat accessus ad rei proprietatem per voces non significativas, sicut in illo patet exemplo. 6,12 De Etymologia

Aliter quoque littera dicitur a 'lituris', eo, scilicet, quod antiqui prius scribebant in ceratis tabulis et postea delebant. 6,13 Altera

Hic vero interponit Priscianus quod litterae dicuntur elementa et per similitudinem quandam, quia sicut elementa coeuntia corpus perficiunt, ita litterae coeuntes faciunt vocem litteralem quasi corpus aliquod, "vel magis," inquit, " vere corpus," quod multis argumentis ibidem probare contendit. 6,14-17

Ad quod dicimus quod vel in illa falsa sententia Pr.I 5 GLK II
Stoicorum fuit, quod vox, scilicet, sit corpus; ideoque An vox sit corpus
illa argumenta inducit. Vel si eum ab illo errore defendere
malumus, dicemus quod vocem dixit "magis vere corpus" non
quod ipsa sit corpus, sed quia proprietatem corporis quodam-
modo retinet, eo quod sicut omne corpus et longum et latum
et spissum est, ita et vox auditur in longum, id est, ante
et retro et in latum, id est, dextrorsum et sinistrorsum
et in spissum, id est, in sursum et deorsum.

Addit etiam Priscianus quod cum elementa 6,24-7,2
proprie dicantur ipsae pronuntiationes propter simili-
tudinem praedictam, elementa tamen "abusive" dicuntur litterae,
id est, aequivoce secundum antiquos qui dixerunt quod littera
ibi aequivoce dicitur pronuntiatio. Nos autem intelligimus
"abusive" quasi contra etymologiam huius nominis quod est
littera, quoniam hoc nomen datum est ex scriptura secundum
quod dictum est quod litterae dicuntur a 'lituris'. Littera
tamen non est nomen aequivocum sed complexivum, ut superius
dictum est.

Sed multa dicuntur de littera propter pronuntiationem 7,2-5
quae non possunt dici de ea propter figuram et e converso,
sicut quando dicimus quod haec littera r non potest stare in
eadem syllaba ante p. Illud quidem non propter figuram dici-
tur sed propter pronuntiationem quoniam r ante p scribi potest,
sed non potest pronuntiari. Littera tamen non est aequivocum
nomen ad haec sed est complexivum eorum, ut saepe dictum est.

Obicitur quod r pronuntiatur ante p, ut in ea dictione quae est 'stirps'. Sed intelligendum est dictum esse hoc de principio, non de fine. Pr. I 5 GLK II

Posita ergo descriptione et etymologia huius nominis quod est 'littera', restat numerum figurarum ponere. "Sunt igitur figurae litterarum viginti tres quibus utimur." 7,6-7 De Numero litterarum

Sciendum vero quod in hoc numero computat Priscianus h, licet litteram non repraesentet, sed nota sit aspirationis. In hoc eodem numero ponit y et z, quamvis non utamur his nisi in <graecis> dictionibus.

Ideo autem praemittit de figuris ut ostendat unam figuram quandoque repraesentare multa elementa, ut i et u et plures figuras unum elementum ut c et k et q.

Quod autem in abecedario ponitur illa figura quae est &, non ideo ponitur quod sit litterae figura sed quia syllaba quaedam una figura repraesentatur ac si esset littera. Et videbitur fortasse quibusdam quod hanc figuram posuerit Priscianus in numero viginti trium non enumerata aspirationis nota. Dici tamen potest verius secundum Isidorum quod illa figura, &, debet postponi singulis litteris in abecedario ut eas compleat, ad perficiendum numerum figurarum, verbi gratia, ut diceretur a & b & c; eodem quoque modo de ceteris, sed causa compendii semel et ultimo loco ponitur, ut ubique tamen interponi debere intelligatur.

Cum vero viginti tres figurae sint, pronuntiationes earum, id est pronuntiandi modi, multo plures sunt, 7,6-8

quippe cum singulae vocales denos habeant sonos. Ut enim Pr.I 5 GLK II
quod de una dixero de ceteris detur intelligi, a vel brevis est 7,8-10
vel producta. Quando vero brevis est, vel aspiratur vel sine
aspiratione profertur; similiter quando producitur. Brevis
aspirata vel acuitur, ut 'habeo', vel gravatur, ut 'habemus'.
Et hi sunt duo modi pronuntiandi a brevem. Rursus a brevis
non aspirata vel acuitur, ut 'abeo', vel gravatur, ut 'abimus',
et hi sunt duo alii modi pronuntiandi a correptam. Sunt
itaque quattuor modi pronuntiandi a quando corripitur. Sunt 7,11-14
vero sex quando producitur. Producta namque a vel aspiratur
vel sine aspiratione profertur. Producta aspirata vel acuitur,
ut 'hamo', vel gravatur, ut 'hamorum', vel circumflectitur,
ut 'hamus', et hi sunt tres modi pronuntiandi a productam.
Rursus a producta non aspirata vel acuitur, ut 'arae', vel
gravatur, ut 'ararum', vel circumflectitur, ut 'ara', producta
f. 6 paenultima, quod ad aram deorum pertinet, nam 'ara' porcorum
corripitur. [Iuxta illud est 'ara' porcorum brevis et non
'ara' deorum.]

Et quoniam de accentibus locuti sumus, licet
accentus ad accidentia syllabae pertineat, ad praedictorum
tamen evidentiam quae ad accentum pertineant breviter exponamus.

DE ACCENTU

Primo igitur dicendum est quid sit accentus, et quare
sic dicatur et, deinde, quot sint accentus et quid sit unus-
quisque eorum. Ad ultimum, generales regulas accentuum ponemus.

Accentus est modulatio vocis in communi sermone usuque

loquendi. Hoc autem dicitur propter cantilenas ubi accentum non observamus.

Unde dicatur accentus

Dicitur autem accentus ab eo quod est 'accino nis' ut dicatur accentus quasi 'adcantus', eo, scilicet, quod uni syllabae adcantantur omnes aliae in prolatione dictionis. Omnes enim aliae unius prolationem sequuntur.

Quot modis fiat vocis modulatio

Tribus vero modis fit modulatio vocis. Aut enim a gravi voce incipimus et in acutum tendentes ibidem desinimus, et accentus hic dicitur acutus. Aut a gravi incipimus ibidemque perseveramus et est gravis accentus. Aut a gravi in acutum tendentes ad gravem revertimur et accentus hic circumflexus dicitur.

In qua syllaba observandum est accentus

Illud vero sciendum est quod Latini numquam observant accentum nisi in paenultima syllaba vel antepaenultima nisi monosyllaba fuerit dictio, exceptis illis in quibus vel propter syncopam vel causa differentiae ponitur accentus in fine, de quibus postea dicetur.

De Generalibus regulis

His itaque praedictis, generales accentuum regulas colligamus.

De Monosyllaba dictione

Monosyllaba dictio, si vocalem natura correptam habuerit, acuto proferetur accentu, ut 'fax', 'pix', 'pax'. Dicit vero Remigius quod 'pax' debet hic intelligi non nominativus eius genetivi quod est 'pacis' sed adverbium comicum quod pro termino ponitur sicut in indeclinabilibus habetur. Quod autem hoc correptam natura vocalem habeat, auctoritati credimus. Hoc autem in ceteris perpendi potest

ex obliquis casibus. Monosyllaba rursus dictio, si vocalem natura productam habuerit, circumflectitur, ut 'res', 'dos', 'spes'. Et de monosyllabis dictum est.

De Disyllaba

In disyllabis vero, si ambae productae vel ambae correptae vel posterior syllaba producta fuerit, prima acuitur, sive producta fuerit sive correpta, ut 'nepos', 'leges'. Rursus f. va in disyllabis, si paenultima producta fuerit et ultima brevis, prior circumflectitur, ut 'Roma', exceptis paucis quae causa differentiae in fine circumflectuntur, ut 'pone', et exceptis illis quae ex trisyllabis fuerint per syncopam disyllaba, ut 'fumat' pro 'fumavit'. De syncopatis vero, sive disyllaba fuerint sive non, haec est regula communis. Quotienscumque sit syncopa in aliqua dictione, accentus manet super illam vocalem in syncopata super quam fuerat in integra. Et de disyllabis sufficienter dictum est.

De Trisyllabis

In trisyllabis et deinceps, si paenultima fuerit correpta, acuemus antepaenultimam, sive illa correpta fuerit sive producta, ut 'Tullius', 'Hostilius', exceptis his: 'utraque', 'pleraque', et exceptis compositis ab infinitivis verbis et 'fio' et 'facio', ut 'calefit' et 'calefacit', et exceptis syncopatis propter praedictam regulam, ut 'Virgili', 'Mercuri'. Integra enim sunt 'Virgilie' et 'Mercurie'. In trisyllabis et tetrasyllabis et deinceps, si paenultima fuerit longa natura et ultima brevis, paenultima circumflectitur, ut 'Cethegus', 'perosus'. In trisyllabis et tetrasyllabis et deinceps, si paenultima fuerit longa natura et ultima longa,

Paenultima acuetur, ut 'Athenae', 'Mycenae'. In trisyllabis et tetrasyllabis et deinceps, si paenultima fuerit longa positione, ipsa acuetur et antepaenultima magis gravabitur quam in aliis ut 'Metellus'. Pr.I 5 GLK II

Est autem una propria praepositionum regula quae est huiusmodi. Omnes praepositiones praepositae suis casualibus vel genitivo relato ad suum casuale gravantur per omnes syllabas, ut 'supra domum' vel 'domum supra regis'. Suppositae vero acuuntur in principio, ut 'domum supra', nisi aequivoce sint ad alias partes orationis et tunc acuuntur in fine, ut 'maria omnia circum,' ne,si circumflectantur in fine, nomen vel adverbium esse putentur. De Accentu prepositionis

Hae itaque sunt communes accentuum regulae quas Latini ubique observant nisi quod vel interrogativis vel relativis quaedam sit mutatio, sicut loco suo demonstrabitur.

Illud quoque sciendum est, quod interiectiones nullam sequuntur regulam quia significant affectus animi quorum est vocem interrumpere.

Illud quoque diligenter attendendum, quod Priscianus dicit singulas vocales denos sonos habere,sicut supradictum est, vel etiam plures, quod dicit propter i et u quae quando mediae sunt alternatim suos confundunt sonos, id est, sonus unius ad alterius sonum videtur accedere, ut 'vir'. Hic enim i littera sic obscure sonat ut quodammodo accedat ad sonum u. Cum vero dicitur 'optumus' secundum antiquos, ibi media u quodammodo clarius sonat ut accedat ad sonum i. Sed 7,7-8

f. vb

etiam brevis i posita post u consonantem sequente d vel m' vel r vel t vel x sonum y quodammodo videtur habere, ut 'video'. Hic enim i cum quodam sibilo profertur ut sonum y quodammodo videatur habere. Pr.I 6 GLK II 7,18-19

DE ACCIDENTIBUS LITTERAE

Restat ut de accidentibus litterae dicamus. Accidentia ergo litterae dicuntur ea quae concurrentia faciunt litterae proprietatem, id est, quae concurrentia vocem faciunt esse litteram. Huius modi vero proprietates sive accidentia a Graecis dicuntur 'epitheta'.

Tria ergo sunt quae accidunt litterae: nomen, figura, potestas. Nisi enim haec tria concurrant, non est littera, id est, nisi nominetur et figura repraesentetur et pronuntietur. 7,26 Quae accidunt litterae

Solent autem antiqui quaerere in quo subiecto haec accidentia habeant esse. Et dixerunt quidam quod in littera quoniam enim ipsa vox est, ideo corpus, et sic substantia, sed errant. Haec enim sola similitudine accidentia dicuntur. Sicut enim substantia manens una et eadem diversis variatur accidentibus, sic littera manens una et eadem diversis repraesentatur figuris et modis pronuntiatur diversis. Sunt igitur accidentia sola similitudine, non quod subiectas informent substantias. Immo nec sequitur, si sint accidentia litterae, quod ideo sint accidentia.

Et ut de nomine primo dicamus, nomina litterarum sunt indeclinabilia, sive quod a barbaris reperta sunt qui 7, 27 De primo accidente quod est nomen

nullam habent declinationem, sive quia "stabilia debent esse," eo quod fundamentum sunt omnis doctrinae et fundamentum debet esse immobile, sive ideo quod aliter non poterat esse apud Latinos cum quaedam litterae dicantur vocales eo quod per se voces suas perficiunt, quoniam ipsa vocalis nomen est sui ipsius, quod non observari posset si vocalium nomina diversis terminationibus flecterentur. Semivocales vero, id est, semivocalium nomina a vocalibus incipiunt et in ipsas semivocales desinunt. Unde nomen illius semivocalis quae est l in antiquis libris invenitur scriptum per e et l. Et hoc idem in nominibus ceterarum semivocalium reperitur. Si ergo nomina semivocalium diversis terminationibus inflecterentur, illud quod praedictum est observari non posset. Mutae quoque, id est, mutarum nomina ab ipsis mutis incipiunt et desinunt in e vocale, exceptis q et k quorum alterum desinit in u, alterum in a. Ut haec itaque proprietas observaretur, indeclinabilia quoque manserunt mutarum nomina. Quare vero litterarum hae semivocales nominantur, illae vero mutae, loco suo dicetur.

Pr. I 7 GLK II 8,5

8,6-9

Sed cum ipsa vocalis nomen sui ipsius sit, poterit dubitari quomodo ei accidat nomen. Sed nomen ei accidere nihil aliud est nisi quod ei accidit nominari, licet etiam ipsa sua voce nominetur.

9,1 De secundo accidente quod est figura

Figurae vero litterarum sunt litterae quibus elementariis simplex pronuntiatio repraesentatur.

9,2-3 De tertia quod est potestas

Post haec autem restat ut de potestate dicamus. Potestas ergo est ipsa pronuntiatio, id est, modus pronuntiationis,

propter quam figurae et nomina reperta sunt. Pr.I 8-10 GLK II

Potestas vero alia substantialis dicitur, alia accidentalis. Substantialis potestas litterae est quod ipsa vocalis est vel consonans. Sic enim pronuntiatur littera ut vel per se vocem suam perficiat et dicitur vocalis vel ut cum alia sonet et non per se et appellatur consonans. Hi vero pronuntiationis modi sunt de substantia litterae. De substantiali potestate litterae

Vocales ergo sunt quae per se voces suas perficiunt, unde et vocales dicuntur. Sunt autem quinque: a, e, i, o, u. 9,5 De Vocalibus

Consonantes vero sunt quae per se voces suas non perficiunt absque vocalibus unde et consonantes dicuntur, eo, scilicet, quod cum aliis sonant nec per se proferri possunt. Harum aliae semivocales sunt, aliae mutae. De Consonantibus

Semivocales sunt septem, secundum quosdam: f, l, m, n, r, s, x, sed f magis muta est. Z etiam graeca semivocalis est qua non utimur nisi in graecis dictionibus. 9,11 De Semivocalibus

Dicuntur autem semivocales non a 'semis', quod est 'dimidium', sed ab eo quod est 'semus ma mum', ut dicantur semivocales quasi 'minus habentes sonoritatis quam vocales', cum plus sonoritatis habeant quam mutae, sicut semidei dicuntur quasi 'minus quam dii', qui, scilicet, non plene sunt dii.

Mutae quoque secundum quosdam sunt novem: b, c, d, g, h, k, p, q, t, sed h littera non est, sed cum sit aspirationis nota propter solam figuram in abecedario scribitur inter litteras. 9,22-23 De Mutis

Et dicuntur mutae non quod nullum omnino habeant sonum, sed quia parum sonant ad semivocalium compara- 9,24-29

tionem, vel vocalium sicut mulier dicitur informis, non quod omnino careat forma sed quia male sit formata. Et de substantiali potestate dictum est. Pr.I 10 GLK II 9,26

Accidentalis vero litterae potestas quintuplex est. Quarum prima est quod littera vel producitur vel corripitur, secunda, quod aspiratur vel absque aspiratione profertur, tertia, quod una cognata est alii in sono, quarta, quod una transit in aliam, quinta vero, quod una praeponitur alii vel postponitur ad constituendam syllabam. De accidentali potestate litterae quae est quinquepertita

Vocales vero apud Latinos omnes sunt ancipites, id est, modo corripiuntur, modo producuntur, unde et accidentalis dicitur haec potestas quia vocalis una et eadem manens de correpta fit producta et e converso. Similiter et apud Graecos erant omnes vocales liquidae antequam inventae essent 'eta' (H), quae nunc non repraesentat nisi e productam et '*othomega' (ω), quae nunc non repraesentat nisi o longam. Unde dicitur '*othomega' quasi 'o longa' a 'megalon', quod interpretatur 'longum'. Antequam repertae essent istae figurae, e et o repraesentabant modo correptas, modo productas, sed nunc tantummodo correptas, unde et una illarum dicitur '*othomicron' quasi 'minor o' a 'micros', quod interpretatur 'minor'. 9,30-31 De prima accidentali potestate 9,31-10,2

Vide ergo quod vocalis alia longa natura, alia positione. Longa natura est quae producitur ex inventione sua et institutione. Natura enim in vocabulis nihil aliud est quam inventio ipsorum. 'Natura' enim a 'nascor' dicitur. Nasci vero vocabula, quid aliud est quam invenire ea? Longa Divisio vocalium sm primam accidentalem potestatem quae est correptio vel productio

Positione est quando propter duas consonantes sequentes vel propter unam duplicem producitur, ut 'dixi'. Pr.I 11 GLK II

Vocalis rursus correpta alia natura brevis est, alia positione. Et quoniam de brevi natura manifestum est, brevis positione est illa quae cum sit natura longa, positione sequentis vocalis corripitur, sicut in 'audivi' longa est natura paenultima, quod inde probatur quia inde formatur supinum, mutata 'vi' in 'tum'. Qualis est ergo paenultima supini, talis etiam est paenultima praeteriti. Cum ergo in 'audivi' longa natura sit paenultima, subtracta v consonante corripitur positione sequentis vocalis, iuxta illam regulam: "Vocalis ante vocalem corripitur et cetera." Positione vero sequentis vocalis corripitur quia facilis est transitus de vocali ad vocalem, unde Virgilius ultimam imperativi 'vale' quae longa est natura corripuit positione sequentis vocalis dicens:

P f. 4va

Et longum formose vale, vale, inquit, Iolla.

Si tamen natura longa fuerit vocalis, licet alia vocalis sequatur, producitur plerumque si metrum illud exigat, ut ibi:

Et sucus pecori et lac subducitur agnis.

Illud quoque sciendum est quod consonantium aliae sunt simplices, aliae duplices, ut x, quae quidem dicitur duplex consonante vel quia, ubi modo ponitur, solebant apud antiquos poni duae, id est, 'cs' vel 'gs', quod ex ratione genetivi perpenditur. Quoniam enim genetivus 'ducis' habeat c, in nominativo solebant scribi 'cs' ubi modo scribitur x. Quoniam vero 'regis' habet 10,3-4 De duplici

g, in nominativo scribebatur 'gs' apud antiquos, ubi modo scribimus x. Aut igitur propter hoc dicitur duplex, aut quia eandem vim habet in metro quam habent duae. Similiter enim facit praecedentem vocalem produci sicut duae consonantes, quae ratio mihi verior videtur esse. Neque enim puto quod x habeat sonum 'gs' vel 'cs', ita, scilicet, ut duos sonos repraesentet sed unum tantum illis duobus affinem, unde pro illis ponitur. Pr.I 11-12 GLK II

Sunt vero consonantes quaedam liquidae, ut l et r, quae post mutam positae modo productam faciunt praecedentem vocalem, modo patiuntur eam esse correptam. Dicuntur ergo liquidae non propter se sed propter vocales quae praecedunt. Unde 'tenebrae' in metro potest poni paenultima producta quae tamen brevis est natura. Sciendum vero quod invenitur m ante n posita non producens vocalem ante se positam, ut ibi 'πωρτεν ὁμνης'. Ibi enim corripitur o paenultima nec est ibi 'Omnes' universalitatis signum, sed proprium nomen graecum quod declinatur 'Omnes Omnetis', sicut 'Ramnes Ramnetis'. 10,4-5 De liquidis

Exsecutis illis quae ad correptionem litterarum pertinent et productionem, deberet continue Priscianus ostendere quae litterae debeant aspirari et quae leniter proferri. Sed interponit h non esse litteram et hac occasione totum emendat abecedarium. f. 9b Quod debitus ordo variatur

Dicit itaque quod Latini sexdecim habent litteras, sicut et antiquissimi Graecorum solebant habere, et praeter illas duas additas habent, scilicet, f, aeolicum digamma, quod quid sit postea dicetur et x. 11,1-4

Vide ergo quod de numero litterarum excludit h. Non enim est littera sed nota aspirationis quamvis propter figuram quam habet, inter litteras in abecedario scribatur. Pr.I 14-16 GLK II 12,21-13,1 De h

C quoque et k et q eadem littera prorsus sunt et k omnino superfluit. Illa enim ratio, quod k debeat scribi, sequente a, nulla est. Sive enim ibi scribatur c sive k, nihil interest. Q vero non omnino superfluit sed ideo tantum illa figura retinenda est ut u posita inter eam et vocalem ostendatur vim litterae non retinere, ut in ea dictione quae est 'quis'. Et dixerunt antiqui quod u ibi littera non est. Si enim esset ibi vocalis, faceret diphthongum et sic produceretur 'quis', quod tamen corripitur. Sed nec consonans potest ibi esse, cum v consonans post aliam consonantem poni non possit in eadem syllaba. Nos vero dicimus quod u ibi est littera et vocalis plane. Sed quod non retinet vim litterae propter metrum dicitur quia in metro nihil operatur nec sonum plenum habet sed collisum ita tamen ut non omnino debeat taceri sed cum quodam sibilo proferri. De c, k 12,5-15 8,21-22 12,9-10 De u inter q et vocalem posita 12,10-12

Y vero et z non sunt de nostrarum numero litterarum quia non utimur illis nisi in graecis dictionibus. ‹De y et z›

Quod autem f, aeolicum digamma, diximus sic intelligendum est. 'Digamma' namque compositum est a '*dya', quod est 'duo' et 'gamma' quod est g graecum, ut dicatur 'digamma' quasi 'duo gamma', id est, gamma super gamma. Graecum enim g, quod sic dicitur, talem habet figuram: Γ. Si vero aliam huic consimilem superaddas hoc modo: F , iam erit illa figura quae a Graecis vocatur 'digamma'. Et dicitur 'aeolicum' quia Aeoles, illi, De aeolico digamma 11,5-12,2

videlicet, Graeci, hanc repererunt figuram. Vide ergo quod antiquissimi Latinorum scribebant f, aeolicum digamma, ad repraesentandum v consonantem, ut in his dictionibus, 'vado' et 'venio'. In his enim et consimilibus scribebant f, ubi hodie scribimus v loco consonantis. Et repraesentabant tamen v consonantem, sed lenius pronuntiabant tunc f quam modo faciamus in 'facio' et asperius quam modo pronuntiemus v consonantem. Ubi vero hodie ponimus f, ut in 'facio' et consimilibus scribebant tunc 'ph', asperius pronuntiantes quam nunc pronuntiemus. Placuit vero postea modernis ut quia in 'facio' et talibus nimis aspere sonabat 'ph' ut loco eius scriberent f, aeolicum digamma, quod lenius sonat. Ubi vero prius scribebant f, ut in 'vado' et 'venus' instituerunt ut scriberetur illa vocalis litterae figura quae est u, ita, scilicet, ut repraesentaret u consonantem quam prius repraesentabat f, aeolicum digamma.

Hanc autem mutationem fecerunt ad similitudinem Graecorum Latini. Antiqui enim Aeoles scribebant f, aeolicum digamma, ut repraesentaret v pro consonante. Scribebant etiam 'ph' ubi hodie scribimus f, sed moderni Aeoles repererunt aliam figuram, scilicet, ϕ, quam posuerunt loco 'ph' ita etiam ut lenius sonaret. Volunt etiam quidam ut invenissent litteram quae dicitur 'vau' et eam ponerent ubi prius scribebant f, aeolicum digamma. Alii vero dicunt quod 'digamma' nomen est figurae tantum; 'vau' vero nomen elementi quod digamma tunc repraesentabat. Quod autem istorum verius sit ex Prisciano non habemus.

Vide ergo quod ubicumque antiqui Latini scribebant 'ph' nos hodie scribimus f, nisi in graecis dictionibus, ubi antiquam servamus scripturam scribentes 'ph', ut 'Phaethon'. Quia vero f ponitur loco 'ph', vel ϕ, quae muta est, inde probat Priscianus quod f non est semivocalis sed muta. Pr.I 14-19 GLK II 11,15-18

De x vero, quae a Latinis addita est et a Graecis sumpta, nihil aliud dicimus nisi quod est duplex consonans posita pro 'gs' vel 'cs' pro ratione genetivi quia sonum habet illis affinem, ut superius dictum est. 12,3-4 De x

De h quaeritur utrum sit vox. Nos autem dicimus quod non est vox sed sonus. Neque enim plectro linguae formatur sed ad modum tussis subripitur.

Addit iterum Priscianus quod plures litteras quam sexdecim antiquas et duas post additas, id est, f et x, videmur habere, quod dicit propter i et u quando loco consonantium accipiuntur. 12,16-18

Et i quandoque ponitur pro simplici, quando, scilicet, in simplici dictione prima syllaba ab ea incipit, ut 'Iuno'. Pro duplici vero accipitur quando in simplici dictione post primam syllabam aliqua incipit ab ea, ut 'maius'. Unde duo i solebant antiqui scribere ibi, ita, scilicet, ut utraque esset consonans et prima litterabatur cum prima syllaba, altera, cum secunda. In compositis etiam ponitur i pro simplici | post primam syllabam, ut ibi "Reice capellas." Ibi enim Virgilius proceleusmaticum, qui constat ex quattuor brevibus, posuit pro dactylo, ut "reĭice ca," sit unus pes ex omnibus brevibus constans. Quod vero "re" ibi producitur: "Reiice ne maculis," poetica fuit licentia. 14,1-3 De i consonante 14,3-5 14,5-8 14,15-18

P f. 5rb

Pr.I 20-21
GLK II
15,1-16,3
De u consonante

U quoque videtur pro duplici posita in 'audivi' et similibus, ideo, scilicet, quod "di" corripitur, subtracta u; illa vero apposita producitur, unde locum duplicis obtinere videtur. Sed verius est quod "di" producitur ibi natura; subtracta uero, u corripitur positione sequentis vocalis, sicut superius dictum est. U namque loco simplicis consonantis semper ponitur.

16,7

U quoque consonans in u vocalem transit, ut ibi:

Nivesque deducunt Iovem nunc mare nunc siluae.

Ibi enim debet u vocalis pronuntiari quod ratione metri probat Priscianus.

16,11

Est enim dimetrum iambicum coniunctum penthemimeri heroicae.

Vide ergo quod iambus est pes constans ex brevi et longa iuxta illud Horatii:

Syllaba longa brevi subiecta uocatur iambus,
pes citus

De iambico metro

etc. Iambicum ergo metrum est quod constat ex iambis sed unus iambus unum metrum non perficit propter nimiam celeritatem quam habet, immo duo iambi unum semper faciunt metrum. Ut ergo sit dimetrum iambicum, id est, ex metris duobus constans, oportet ut ibi sint quattuor iambi quorum duo unum faciunt metrum, reliqui duo, alterum, nisi quod iambi spondeum in primo loco recipiunt, vel tertio et semper in impari loco, numquam autem in pari. Unde Horatius:

Spondeos stabiles in iura paterna recepit.

Ex quo perpenditur quod ad tardandam iamborum celeritatem

interponuntur spondei quia cum in dactylico metro spondeus quisque unum faciat metrum, in iambico tamen non per se sed cum iambo unum metrum constituit, quod ex iamborum celeritate contrahit.

Sed quaeri potest cur iambicum metrum spondeum numquam recipiat nisi in loco impari, id est, nisi in primo vel tertio vel quinto et deinceps. Quod ita solvimus. Spondeus, ut praedictum est, interponitur iambis, non quod iambo ratione temporum aequipolleat, sed potius ad tardandam iamborum celeritatem. Illud quoque dictum est quod in iambico metro non spondeus per se sed spondeus cum iambo unum metrum efficit. Si ergo iambus illi spondeo cum quo unum metrum conficit praeponeretur, quia iam prolatus esset iambus, nullam ei tarditatem posset conferre sequens spondeus. Necesse ergo est ut spondeus praeponatur ut sua prolatione iambum sequentem cum quo metrum conficit possit tardare. Itaque cum praeponi semper debeat iambo cum quo metrum conficit, necesse est semper aut in primo loco ponatur et iambus in secundo, aut spondeus in tertio et iambus in quarto, et sic semper spondeus in loco ponatur impari, iambus in pari.

Vide ergo quod illa pars versus Horatiani quae est: "nivesque deducunt Iovem," dimetra iambica est. "Nives" enim iambus est, similiter "que de," et hi duo iambi unum faciunt metrum. "Ducunt" vero spondeus est tertio loco interpositus, "Iovem"que iambus est qui cum spondeo praeposito alterum metrum constituit. Et sic est dimetrum iambicum quod

quidem coniunctum est penthemimeri heroicae. 'Penta' enim Pr.I 22-23 GLK II
interpretatur 'quinque', '*memeris', 'divisio' vel 'medietas'. Heroica dicitur dactylica quia pede dactylico solent heroum facta describi.

Penthemimeris ergo heroica est medietas pentametri versus, id est, ex quinque pedibus constantis, ita, scilicet, ut illa medietas sit dactylica quae non recipit spondeum, cuiusmodi semper est ultima pentametri versus medietas. Ut ergo illa pars versus horatiani quae est: "nunc mare, nunc 16,12
siluae" sit penthemimeris heroica, oportet ut "siluae" trisyllabum proferatur, sicut aperte demonstratum est.

Inducit quoque Priscianus ad probandum quod u vocalis ponitur pro v consonante illud exemplum:

Quod zonam soluit diu ligatam 16,14

Ibi enim "soluit" necesse est trisyllabum sit quod non potest esse nisi ibi u proferatur vocalis, quod inde probatur quia metrum est hendecasyllabum phaleucium. 'Hendecas' interpretatur 'undecim', unde dicitur hendecasyllabum quasi 'undecim syllabarum'. 'Phaleucium' vero dicitur ab inventore quia Phaleucus invenit. Non posset vero versus ille undecim 16,15-16
syllabarum esse nisi "soluit" ibi sit trisyllabum.

Illud quoque sciendum est quod Aeoles loco aspiratio- 18,5-8
nis ubique ponebant digamma. Quoniam ergo in 'rhodos', quod est nomen insulae et in 'rhetor' aspiratur r, pro h volebant ponere digamma eo modo quo repraesentabat v pro consonante. Sed quia non poterat proferri post consonantem in eadem syllaba,

iccirco transmutantes praeposuerunt f digamma ad r et quia rursus non poterat sonare nisi ante vocalem, iccirco pro aeolico digamma ponebant b, 'brodos' et 'bretor' dicentes, et ita ponebant b pro digamma. Latini etiam ponebant b pro v consonante, ut in eo quod est 'caelebs', quod est compositum a 'caeleste' et 'vita' et 'ducente'. Caelebs enim dicitur quasi 'caelestem vitam ducens', sed ab ea dictione quae est 'ducens' nihil habet nisi s; ab ea vero quae est 'vita' nihil habet nisi b positam pro v consonante. Pr.I 23-25 GLK II 18,9-11

De secunda accidentali potestate

Quot et quae consonantes aspirantur 18,15-19,25

His itaque transactis restat ut quae litterae aspirentur et quae non doceamus. Omnes igitur vocales aspirantur quamvis non ubique, et semper praeponitur eis aspiratio, ut 'habeo', 'Herennius', 'hiems', 'homo', 'humus'. Consonantes autem quattuor tantummodo aspirantur, postposita semper aspiratione. Aspiratur ergo c, ut 'Chremes', t, ut 'Thraso', p, ut 'Philippus', r, ut 'Pyrrhus'. Et vocalibus quidem praeponitur ut minimum sonent; consonantibus vero postponitur ut plurimum sonent, quia omnis littera vel vox plus sonat sese cum postponitur quam cum anteponitur. 18,19 18,20-19,1

Illud enim quod alibi dicit, scilicet, quod m obscurum sonum habet in fine syllabae non est contrarium. Quamvis enim magis obscurum sonum habeat in fine syllabae, eo quod labris fixis pronuntiatur, plenius tamen sonat quam si praeponeretur. 29,15-16

Quod aspiratio vocalibus sit acoidentalis et consonantibus substantialis 19,1

Vide ergo quod aspiratio praeposita vocalibus tam leniter sonat ut accidentalis illis esse dicatur, quoniam, quamvis non taceatur aspiratio, adeo parum sonat, ut non dicatur

mutari dictionis significatio. Si ergo sic proferas 'hauris' ab 'haurio' ut aspirationem taceas, quantum ad prolationem aequivocum erit ad 'aurem' et 'haurire', quamvis scriptura faciat differentiam. Pr.I 25

Consonantibus vero postposita aspiratio tam aspere sonat ut quasi substantialis esse dicatur, ita, scilicet, ut si taceatur et dictionis significatio mutetur. Si enim 'Cremes' sine aspiratione pronuntiaveris a 'cremo' verbo intelligitur sumi. Si aspiretur, proprium nomen erit. 19,3-6

Quia ergo consonantibus substantialis est aspiratio, ideo Graeci pro singulis consonantibus aspiratis singulas repererunt figuras, pro 'th' scribentes θ, pro 'ph' φ, et pro 'ch' χ, excepto quod pro 'rh' nullam invenerunt figuram. Adeo namque accedit r ad naturam vocalium ut aspiratio substantialis ei esse non dicatur, propter quod etiam dixerunt quidam praeponi debere aspirationem consonanti r sicut vocali. Unde etiam in 'rhetor' et in 'rhodos' praeponebant aspirationem ante r, pro qua Aeoles volentes scribere digamma, loco eius quoque ponebant b, 'bretor', 'brodos' dicentes, sicut superius aperte demonstratum est. 19,6-8 Quod r consonanti sit accidentalis

f. 6ra

Opponitur quod in 'vah' et 'ah' postponitur aspiratio vocalibus. Ad quod duplex fit solutio, quarum una est quod multae interiectiones communes sunt omnibus gentibus et barbaris etiam qui solent aspirare vocales in fine. Alia quoque solutio est quod interiectiones quia repraesentativae sunt affectuum debent abscondita voce proferri. Ideoque cum 19,26-20,7 Oppositio 20,6-8 20,3-4

integrae interiectiones sint 'vaha' et 'aha', ita, scilicet, ut aspiratio praeposita sit vocali de ultima syllaba, facta est apocopa ultimae vocalis; h vero remansit quasi pendens ex praecedente vocali ut notetur dictio non esse integra. Sic ergo determinandum est illud quod, scilicet, vocalis numquam aspiratur in fine in integra dictione. Pr.I 26 GLK II 20,3

Restat ut de tertia accidentali potestate, id est, de litterarum cognatione dicamus. Vide ergo quod inter c non aspiratum et c aspiratum est g. "Inter t quoque et 'th' est d; inter p et 'ph' sive f est b." Ergo g et d et b sunt mediae quia quadam similitudine soni accedunt ad eas quarum dicuntur mediae, ita etiam quod nec tanto spiritu proferuntur quanto illae aspiratae et maiore tamen spiritu proferuntur quam eaedem non aspiratae. Quod inde perpenditur quoniam in proferendo non aspiratas magis operantur vel labo- rant exteriora, in proferendo easdem aspiratas magis [laborant vel] operantur interiora; in proferendo medias, inter utrumque fit vo- cis formatio. Quod facile perpendes si in praedictis motibus at- tendas ora voces naturaliter modulantia. Nec illud dico quod g sit media inter c et 'ch', ideo quod omnino non aspiratur, nec omnino est sine aspiratione sed, cum hoc sit, iccirco potius di- citur media quia quodammodo similis est in sono c et 'ch, quod ex sono syllabarum in quibus praeponitur facile perpendi po- test. Et hoc idem de ceteris dicendum est. 20,9-21,2 De tertia accidentali potestate 20,9-10 20,10-11 20,14 20,14-15 20,15 20,15-17

Quoniam vero quarta accidentalis potestas restat quae est litterarum mutatio, sciendum est modis sex litterarum 21,3-37,3 De quarta <accidentali potestate>

fieri mutationes: aut per casus, ut 'homo hominis', aut per tempora, ut 'facio feci', aut per compositiones, ut 'salsus insulsus', aut per derivationem, ut 'sero satus', aut per translationem de graeco in latinum, ut 'Cyros Cyrus', aut per antiquitatem ut 'legendus' pro 'legundus', 'amplecti' pro 'amplocti', quod sic ab antiquis dicebatur. Pr.I 27-36 GLK II 22,7 25,11-12 25,4-7 25,18 25,15

In quibus omnibus nihil dignum exceptione reperio usque ad illum locum ubi dicit quod in graecis nominibus, id est, a graeco sumptis, ponitur u loco 'ου' diphthongi, ut 'Musa' pro 'Μοῦσα', modo pro o correpta, ut 'Homerus' pro "Ομηρος', modo pro o producta, ut 'fur' pro 'φώρ', sicut e converso ponimus o pro u, ut 'bos' pro '*bus' [ubi tamen repraesentabant u ‹per› 'ου', scribentes 'ου' et pronuntiantes tamen u. Ponimus etiam u pro ∪ longa dicentes 'mus' pro 'μῦς'] quod facimus sequendo Aeoles in plerisque qui dicunt 'θουγάτηρ' ubi ceteri Graeci dicunt 'θυγάτηρ'. Sed videndum est hic quod quamvis scribant ibi 'ου', pronuntiant tamen u. 27,20-28,6 27,21-23

Vide ergo quod haec figura, id est, ∪ , apud antiqui- De u ores Graecos repraesentabat indifferenter sonum i et sonum u, unde magna nascebatur confusio. Ideo Aeoles instituerunt ut scriberent o ante ∪ ad notandum sine confusione quod ∪ tunc repraesentaret u, cum vero scriberetur ∪ per se, repraesentaret i. [Sed adhuc quantum ad scripturam erat ibi confusio quoniam nesciebatur quando per 'ου' repraesentabatur diphthongus et quando u. Ideoque, ablata o , instituerunt ut per ∪ puncto superposito repraesentaretur u, per eandem quoque figuram

puncto non superposito repraesentaretur i.] Et sic nulla remansit confusio, ita etiam [dicimus] quod in 'μοῦσα' scribebatur ου et tamen pronuntiabatur u. Quod ergo dicit Priscianus u poni ibi pro ου diphthongo propter solam scripturam dictum est. Pr.I 38

Et vide quod '*tugater' secundum quosdam interpretatur creator omnium rerum, secundum alios nomen fuit cuiusdam puellae.

Illud quoque sciendum est quod Priscianus ostendit prius mutationem vocalium, deinde vero mutationem consonantium, inter quas prius docet mutationem semivocalium, primo tamen docendo quem sonum quo loco positae habeant semivocales. 25,8-29,7 29,8-37,3 29,8

Dicit itaque quod l triplicem sonum habet, exilem, id est, parvum et tenuem, quando geminatur secundo loco posita, ut 'ille'. Hic enim tenuem sonum habet illa l quae secundo loco est posita. Plenum vero sonum habet l quando finit nomina, ut 'sol' vel 'syllabas, ut 'silva', vel quando habet aliam consonantem in eadem syllaba ante se, ut 'flavus'. Mediocrem vero sonum habet in omnibus aliis locis posita, ut 'lectus'. Mediocrem vero intellige quasi nec prorsus plenum, nec prorsus exilem. 29,8-11 29,10-12 29,12

M quoque obscure sonat quando est terminalis dictionis, ut 'templum'. Labris namque magis fixis pronuntiatur sic posita. Ideoque obscurius sonat nec illud putes esse contrarium quod superius dictum est, scilicet, quod littera plus sonat sese postposita quam cum anteponitur. Quamvis enim m 29,15 18,20 cf.31,18-19

obscurius sonet cum dictionem terminet, ibidem tamen sonum pleniorem habet. Aperte vero sonat eadem m posita in principio dictionis, ut 'magnus'. Hic enim clarius sonat nec tam fixis labris pronuntiatur. Pr.I 39-40 GLK II

Similiter et n plenius sonat in principio syllabae posita et in fine, ut 'nomen'. Exilem vero, id est, tenuem sonum habet in media dictione posita, ut 'annus'. Medium autem intellige quidquid inter .. principium et finem est. 30,7-8 30,8

Illud etiam notandum est, quod dicit de s, scilicet, sequente 'ne' coniunctione cum apostropho penitus tollitur s. ut in 'viden', 'satin', pro 'videsne', 'satisne'. Vide ergo quod apostrophus est virgula recurva quae superscribitur n semivocali quando, scilicet, dempta sequenti e, semivocalis n quae praecedebat cohaeret illi vocali quae prius erat ante s, dempta eadem s. Ideoque ut designetur n ad illam e apostrophari, id est, converti, superponitur illa virgula recurva quae dicitur apostrophus. 32,6 32,6-7 De Apostropho

Sed quaeritur an 'viden' sit una pars composita ex verbo et 'ne' coniunctione, an sint duae partes. Et dicunt plures quod verbum est compositum et indeclinabile et est comicum verbum. Sed quid dicetur de 'satin'? Eritne adverbium compositum? At hoc non fieri posse videtur. Quare enim dixisset Priscianus quod s penitus tollitur sequente 'ne' coniunctione cum apostropho? Si 'satin' et 'viden' sunt composita, quomodo sequitur 'ne' coniunctio et quare cum apostropho? Sed numquid duae partes esse dicuntur? Hoc Quaestio 32,6-7

Plane videtur voluisse Priscianus, ut duae sint partes sed neutra integre prolata. Sed prolatae tamen sic, id est, cum apostropho, ponuntur interrogative. 'Viden' ergo non est una pars, sed duae, scilicet, verbum secundae personae et 'ne' coniunctio, sed quorum neutrum prolatum est integre, ut dictum est. Pr.I 47 GLK II

Illud quoque addendum est quod cum, post mutationem semivocalium, de mutatione consonantium agat, propter figuram, non quod sit littera, facit mentionem de h. Dicit ergo quod Graeci, quod et similiter fecerunt Latini, diviserunt figuram H in duas partes, quarum dextra pars, quae est huiusmodi: ⊦, a Graecis dicitur 'nota psilen', quod interpre- De hac figura h 35,24-25 35,25-27

P f. 6vb | tatur 'siccitas'. Posset etiam videri a 'silendo' dictum, nisi prohiberet hoc praecedens p. Hanc ergo dextram partem ponebant super litteram in illis dictionibus de quibus erat dubitatio an deberent aspirari. Haec itaque superposita signum erat removendae aspirationis, id est, nota designans syllabam non debere aspirari. Unde merito dicebatur 'nota psilen', quod est 'siccitas'. Haec vero nota a quibusdam Latinis nominata est 'exilis', ab aliis vero 'lenis' dicta est. Sinistra vero pars eiusdem figurae, quae est huiusmodi: ⊢, dicta est a Graecis 'nota dasian', quod interpretatur 'ubertas' et ponebatur super litteram quae debet aspirari, unde etiam a Grillio nominata est 'flatilis'. 35,27 36,2

Quoniam tamen Priscianus dicit sinistram partem esse notam contrariae aspirationis, dicunt plures quod 'nota 'psilen' vocalibus quae parum aspirantur, ut superius dictum 36,1-2

est, superponebatur non ad notandum quod omnino non deberet aspirari sed ut parum. Dextra vero superponebatur consonantibus aspiratis ad designandum quod multum deberet ibi sonare aspiratio, ut superius dictum est. Ideoque bene dixit Priscianus "contrariae aspirationis" quia multum sonans aspiratio contraria est quodammodo parum sonanti. Pr.I 50 GLK II

De quinta accidentali potestate

Sequitur ut de quinta accidentali potestate, hoc est, de ordine, aliquid dicamus. Hoc ordine agit Priscianus de ordine. Ostendit primo quot vocales et quomodo sibi coniungantur ad constituendam syllabam et hoc idem docet postea de consonantibus. Quoniam ergo vocales sibi praeponuntur in diphthongis ad constituendam syllabam, dicendum est primo quid sit diphthongus et quare sic dicatur, postea vero quibus de causis reperta sit diphthongus, quot etiam sint diphthongi apud Latinos et quomodo proferatur diphthongus per diaeresim. 37,4-43,19 De Ordine vocalium 37,4-41,24 41,24-43,19 De Diphthongo 37,13-14 37,9-11.13 37,14-38,1

Quid sit diphthongus

Diphthongus ergo est duarum vocalium in eadem syllaba cum quadam soni collisione ut utraque vim suam in metro habeat positio. "In eadem syllaba," dictum est propter synaloepham quae fit inter litteras diversarum syllabarum. "Ut utraque vim suam in metro habeat," additur propter u quod positum inter q et aliam vocalem vim suam in metro non retinet. Ideoque diphthongum cum alia vocali non facit.

Quare sic dicatur

Diphthongus autem nomen compositum est a '*dya' graeco, quod interpretatur 'duo', et 'phthongos', quod est simplex sonus. Unde dicitur diphthongus quasi 'sonus duarum vocalium litterarum'.

Tribus vero de causis reperta est diphthongus. Aut enim causa differentiae, ut 'quae' nomen scribitur per 'ae' diphthongum, ut per hoc differat a coniunctione copulativa 'que'. Haec enim scribitur per solam e. Aut ergo causa differentiae reperta est, aut causa sonoritatis, ut 'Musae' per 'ae' diphthongum scribitur ut magis sonora sit prolatio. Neque enim penitus debet taceri a sed collise proferri. Compositionis rursus causa reperta est diphthongus, ut 'caelum' per 'ae' diphthongum scribitur, ut ostendatur esse compositum. Componitur enim a 'casa' et 'elios' quod interpretatur 'sol', unde caelum dicitur quasi 'casa elios', id est 'domus solis'. Potest etiam dici quod ibi scribitur diphthongus et causa brevitatis ut diversarum, scilicet, syllabarum litterae in unam conglutinentur.

Pr.I 50 GLK II De Causis diphthongi

Sunt autem quattuor diphthongi quibus nunc utimur: 'au', 'eu', 'ae', 'oe'.

37,13 Quot sint diphthongi

Et sciendum quod diphthongus 'ae' per diaeresim quandoque profertur. Diaeresis vero interpretatur 'divisio in duo'. *Dya namque 'duo' dicimus sed haeresis interpretatur 'divisio'. Unde compositum est nomen 'diaeresis'. Quando ergo 'ae' per diaeresim profertur scribitur per a et i, ut ostendatur aequipollere diphthongo graecae 'ai'. Tunc etiam per a et i scribitur quando fit diaeresis, quia in illa diaeresi producitur paenultima vocalis ante vocalem posita, quod raro fit in latinis dictionibus sed saepe in graecis. Ex una igitur syllaba in qua scribitur 'ae' fiunt

37,15-17 De Modo proferendi diphthongum

37,15-16

duae scripturae per a et i, ut 'aulai' pro 'aulae', sicut Virgilius dicit: Pr.I 54 GLK II

Aulai in medio libabant pocula Bacchi,

Vide tamen quod, cum sit diaeresis 'ai' diphthongi graecae in dictionibus graecis, tunc i pro duplici consonante accipitur. 37,21-22 Graeci enim dicunt 'Maia' ponentes 'ai' diphthongum in paenultima syllaba. Nos vero dicimus 'Maia', dividentes 'ai' diphthongum et i traducentes ad ultimam syllabam pronuntiantes eam non vocalem sed consonantem.

Illud quoque sciendum est quod 'ei' diphthongo nunc non utimur sed loco eius in graecis nominibus ponimus i longam pro 'ei'. De ei greca diphthongo 40,10-11 Vide ergo quod Graeci habent feminina habentia duplicem nominativum, unum qui terminatur in 'ei' et alterum qui habet per adiectionem a ut, '*Deiopei Deiopeia'. 40,13-15 In his ergo femininis quae per adiectionem assumunt a, cum apud eos sit 'ei' paenultima pura, vertimus 'ei' in e productam dicentes 'Deiopea' pro 'Deiopeia'. Dicit autem Priscianus quod in his "maxime femininis . mutamus 'ei' in e." 40,13 "Maxime," ideo dicitur quia in his numquam fallit, in illis 40,16 vero quae desinunt solum in 'ia' raro fit hoc, ut mutemus 'ei' in e productam, immo potius in i longam. Graeci namque dicunt 'Alexandreia', nos vero 'Alexandria', paenultima producta. "Raro" autem dictum est propter 41,6 'Medea' et 'Platea' pro quibus Graeci dicunt 'Medeia', 'Plateia'. In his enim ponimus e longam pro 'ei', non autem i.

p f. 7rb

Vide tamen quod Virgilius dixit 'Typhoea', paenultima

correpta ut ibi: Pr.I 54-56 GLK II

qui tela Typhoea temnis

cum tamen Graeci ponant ibi 'ei' diphthongum dicentes 41,7
'Typhoeia'. Sed hoc non fit mutatione 'ei' diphthongi sed potius subtractione alterius vocalis quae est i, quod solent illi Graeci facere qui Dores nuncupantur. In omni enim diphthongo utraque vocalis corripitur sed duae breves unam valent longam. Ideoque diphthongus producitur. Si ergo, cum utraque sit brevis, altera subtrahatur, altera manet correpta. Quod factum est a Virgilio in 'Typhoea', dorico more. Unde perpenditur quod 'Alexandria' et 'Alexandrea' potest dici vel per i vel per e, sive productas, si fiat diphthongi mutatio, sive correptas, si fiat subtractio. Quando ergo 'ei' paenultima pura est apud Graecos, in plerisque ponimus e longam pro 'ei', sicut dictum est. In quibus vero 'ei' paenultima pura non est sed consonans sequitur, ponimus i longam pro 'ei' diphthongo. Ubi enim Graeci dicunt 'Neilos', et nos 'Nilus'.

His itaque exsecutis ostendit Priscianus quae semivocalis cui semivocali praeponatur. 41,25 De Ordine semivocalium

M ergo ponitur ante n ut 'Mnestheus', quod est proprium nomen, et 'amnis'. Sic enim litterandum est ut a solum primam faciat syllabam, m vero et n simul sint de sequenti syllaba. S quoque ponitur ante m, ut 'smaragdus'. Qui enim 42,1-3
scribunt z ante m vitium faciunt. .. Numquam enim 42,1
duplex in principio syllabae posita cum alia potest 42,2-3
iungi consonante. Praeterea si z ibi scriberetur, falsus

esset ille Lucani versus in quo ait:

Terga sedent, crebro maculas distincta smaragdo.

Nunc vero stat metrum, eo quod s praeposita liquescit.

42,22-43,4 De Ordine trium consonantium in principio syllabae

Ut autem difficiliora sicut proposui colligam, videndum est illud quod dicit quoniam tres consonantes non possunt iungi in principio syllabae nisi prima sit s vel c vel p, secunda vero post s, c vel p vel t. Post c autem vel p principales, id est, in principio positas, secunda est t, tertia l vel r, sed l in his solis quae

43,2-4 incipiunt ab s. Et ut de singulis ponam exempla: s prima est sequente c et tertia l, ut 'Asclepiodotus', quod est proprium nomen; sequente c et tertia r, ut 'scriba'' sequente vero t

P f. 7va

et tertia l, ut 'stloppus', quod est buccarum inflatio; sequente vero t et tertia r, ut 'stratus'; sequente p et tertia l, ut 'splendidus'; sequente p et tertia r, ut 'spretus'. Stlophus

Quaeritur ergo an '*Ithmos' quod est nomen fluvii debeat scribi per s vel per t tantum. Sed s ante t posita semper in simplicibus dictionibus eiusdem est syllabae, ut 'testis', quare et in supradicto nomine. Sed si sequentis est syllabae tunc, si secunda sit t, tertia debet esse l vel r secundum Priscianum. Sed '*Ithmos' habet m in tertio loco. Ergo non potest scribi per s. Quaestio Solutio

43,7-9 De Ordine duarum consonantium in fine dictionis

Dicit iterum quod si dictio desinit in duas consonantes necesse est priorem liquidam esse et sequentem s vel x vel c vel t antecedente n, ut 'hinc', 'amant'. Sed obiciuntur: 'est', 'ast', 'post', 'fert', 'vult' et 'huic'. Opposition Quae sic solvimus. 'Est' habet s interpositam non naturaliter, Solutio

nam 'et' deberet dici secundum formationem. 'Fert' et 'vult' Pr.I 58
irregularia sunt. 'Post' vero fit per apocopam a 'postea'. 'Ast' quoque fit ab 'at' interposita s. 'Huic' vero non desinit in duas consonantes sed additur c ad differentiam interiectionis 'hui', vel dicamus quod non est regula cum dicit "antecedente n," sed quasi in parte ostendit quae littera antecedat sequente t vel c, ut 'hinc', 'dicunt'.

43,9-10 De psi greca loco cuius ponitur bs vel ps 43,16-17

Sciendum quoque est quod loco ψ graecae scribimus 'bs' vel 'ps' pro ratione genitivi ut 'Arabs' et 'Pelops'. In his enim scribunt Graeci litteram ψ. Illud tamen sciendum est quod quia 'ps' volubiliorem habet sonum et molliorem quam 'bs', ideo in principio syllabae semper scribimus 'ps' loco ψ, licet scripturae ratio exigat ut scribatur 'bs', ut quoniam 'nubo' scribitur per b exigit scriptura ut praeteritum scribatur per 'bs', scribitur tamen per 'ps'. Dicitur enim 'nupsi'. Et hucusque sufficiat de littera dixisse.

<DE SYLLABIS>

Quid syllaba

De syllaba vero tractat Priscianus hoc ordine. Describit primo syllabam et dupliciter. Deinde dividit eam per species, postea agit de positione litterarum in syllaba. Ad ultimum tractat de illis quae syllabae accidunt. Pr.II 1 GLK II 44,1-7 51,21 ff.

"Syllaba est comprehensio litterarum consequens sub uno accentu et uno spiritu prolata." Vide ergo quod ista descriptio data est per huius nominis quod est 'syllaba' interpretationem. '*Syllabin' namque interpretatur 'comprehendere', unde syllaba dicitur quasi 'comprehensio'. Haec ergo descriptio largior est quam ipsum descriptum, quoniam etymologia, sive interpretatio, quandoque excedit, ut quod | 'homo' ab 'humo' P f. 7vb dicitur. Multo namque plura de humo habent esse. Quandoque vero exceditur, ut interpretatio huius nominis quod est 'syllaba'. Sunt enim syllabae quarum est nulla comprehensio litterarum. Quandoque iterum parificatur ut quoniam philosophia dicitur amor sapientiae. 44,1-2

"Comprehensio," ergo "litterarum" dicitur quasi earum coniunctio, per quod differt ab elemento quamvis una sola littera, ut 'a' quando est praepositio dicatur syllaba, sed abusive, id est, contra ipsam nominis interpretationem. "Consequens" vero additur quasi "congrua," ut, videlicet, sit absque barbarismo. Sed quia hoc totum habet oratio subditur "sub uno accentu." Non enim oratio tota sub uno profertur accentu sed dictio quaeque suum habet in ea accentum. Sed quia tota dictio sub uno profertur accentu ad eius dif-

ferentiam additur "et uno spiritu," id est, uno impulsu prolata. Pr.II 1 GLK II
Quaeque enim syllaba in dictione suum habet impulsum.

Sed opponitur quod hoc totum convenit monosyllabae dictioni. Sed quia monosyllaba dictio eadem est et syllaba et ei illa descriptio convenit ex eo quod est syllaba, non ex eo quod est dictio, facile cassari potest haec obiectio.

Definitur rursus syllaba et hoc modo. "Syllaba est vox litteralis quae sub uno accentu et uno spiritu indistanter profertur." Vide ergo quod definitio haec est constans ex genere et differentiis. "Vox" enim ibi ponitur pro genere; "litteralis" additur pro differentia. Litteralis ergo dicitur eo quod ipsa litterarum est comprehensiva. Vel, si velimus ut etiam elementis quae sunt litterae hoc conveniat, dicemus quod litteralis appellatur eo quod elementario sono sit formata ut dicatur litteralis contra confusam vocem quae sonis elementariis non est distincta, ut enim mugitus bovis et consimilia. Et quia hoc totum habet oratio additur "sub uno accentu," ut superius dictum est. Et quia hoc totum rursus habet dictio, additur "et uno spiritu," hoc est, impulsu. Sed quia hoc totum habet dictio monosyllaba additur "indistanter," ut, scilicet, sine distantia altera syllaba sequatur in constitutione dictionis. 44,4-5 Alia descriptio syllabae

Sunt autem sex syllabae species. Est enim syllaba vel unius litterae, ut 'a', vel duarum, ut 'ab', vel trium, ut 'ars', vel quattuor, ut 'mars', vel quinque, ut 'stans', vel sex, ut 'stirps'. Quot autem sunt vocales tot sunt syllabae 44,6-7 Divisio syllabae per species 44,8-9

P f. 8ra quae ex singulis litteris constant. Quae vero ex|pluribus litteris constant fere sunt innumerabiles. Sciendum vero quod licet syllaba tres consonantes habeat nulla tamen syllaba tres habet vocales, ita, scilicet, ut vim suam in metro retineant. Quamvis enim cum diphthongo scribatur u ut in dictione illa 'quae', u tamen non retinet ibi vim litterae.

Pr.II 1-3 GLK II 44,9-10 44,10-13 44,11-13

Et ut de litterarum positione in syllaba aliquid dicamus, vel duae vocales faciunt syllabam, ut in illa diphthongo quae est 'au', vel vocalis et consonans una vel plures, ita quod vel vocalis antecedit consonantem vel consonans vocalem. Numquam tamen "plus quam tres consonantes antecedere" possunt vocalem in eadem syllaba nec nisi tres sequi, ita tamen quod, si tres consonantes antecedant vocalem, non nisi duae sequuntur, quia non ex pluribus litteris quam ex sex potest syllaba constare.

44,19-21 De Positione litterarum in eadem syllaba 44,21-22 45,1-2

Ut ergo litterarum ordinem in diversarum iuncturis syllabarum edoceamus, si antecedens syllaba terminetur in consonantem, necesse est ut sequens a consonante incipiat, ut 'artus', nisi sit dictio composita. Haec enim regula de simplicibus intelligenda est.

45,4-5 De Ordine litterarum in iuncturis diversarum syllabarum

Herodianus tamen voluit in ordinandis syllabarum litteris regulas simplicium in compositis etiam observari. Unde in 'adeo', quod est compositum ex 'ad' et 'eo', voluit d de secunda syllaba esse et ad eam transire. Sed opponit Priscianus contra eum pluribus modis. Si enim, inquit, regulae simplicium in compositis observandae sunt, ergo quia in simplicibus dictionibus b interposita semper est de sequenti

45,6-9 <Responsio> contra Herodianum

syllaba, in compositis quoque hoc idem observabitur, quare in 'oblitus', quod est ab 'oblino', erit b de sequenti syllaba ut solum o sit de prima syllaba. Poterit ergo prima syllaba et produci positione duarum consonantium quae sequuntur et corripi propter ‹eas› quia 'ob' naturaliter correpta est. Et si verum est quod b transit ad secundam syllabam, ut Herodiano placuit, erit b ante l in eadem syllaba, ideoque muta ante liquidam. Poterit ergo liquescere l et sic corripi prima syllaba quod nusquam reperitur. Ad aliud iterum inconveniens trahit Priscianus illam herodianam sententiam, scilicet, quod regulae simplicium observandae sunt in compositis. Quod si verum est, ergo quia m in simplici dictione interposita de sequenti syllaba est, similiter in 'circumeo' et 'circumago' erit m de sequenti syllaba, quare nec in his dictionibus patietur m collisionem quia numquam colliditur nisi in fine syllabae posita et sequente vocali in alia. Sed in praemissis dictionibus colliditur m. Quamvis enim scribatur in eis, aut omnino tacetur in pronuntiatione, aut, quod verius est, collise proferetur.

Pr.II 3 GLK II 45,9-12

45,12-14

45,12-17

Sed opponitur illud 'circumamicta varietatibus'. In eo enim quod dicitur 'circumamicta' pronuntiant omnes m sine ulla collisione. Sed potest dici quod duae partes sunt: 'circum' una, 'amicta' vero alia et ideo non colliditur m. Vel si unam partem dixerimus esse, collise debet ibi proferri m quia vel omnino debet taceri vel minimum et collise sonare.

Rursus si regulae simplicium observandae semper essent 45,14-17

in compositis, in 'perhibeo' et similibus transiret r in sequentem syllabam sicut in simplicibus, quare nec aspiraretur in his dictionibus vocalis sed aspiratur. Falsa est ergo illa Herodiani sententia. Pr.II 10 GLK II

In his vero quae ad positionem litterarum pertinent, vel in una syllaba vel in diversis, nihil amodo dignum exceptione invenio usque ad illum locum ubi agitur de s. Dicit ergo Priscianus quod s terminante antecedentem syllabam, hae solae consonantes inveniuntur sequentes c in compositis, ut 'abscondo', quia in simplicibus dictionibus 's posita ante c eiusdem est syllabae cum ea, ut 'pascua'. Aut ergo terminalis est syllabae sequente c, ut 'abscondo' aut sequente altera s, ut 'cassis', aut i consonante, ut 'disiectus', aut p, ut 'displicet', aut t, ut 'disterminat'. 50,14 ff. 50,14-17 Quae solae consonantes sequantur antecedente s 50,20 50,21-22

Obicitur 'transgredior', 'transfero', 'transveho'. 'transduco', transmigro', 'transmeo', quia in his omnibus terminalis est s praecedentis syllabae, nulla praedictarum consonantium sequente. Sed quod ait "hae solae inveniuntur consonantes," intelligendum est non quod illud "solae" alias consonantes removeat, sed potius "hae solae" dixit, id est, divisae ab ultima littera prioris syllabae. Si enim aliter diceretur falsum videretur esse propter praedicta. Oppositio 50,14-15 Solutio Alia solutio

Aliam etiam possumus solutionem ponere. Cum enim dictum sit superius quod inter c et 'ch' sit g, cum c in compositis ponatur post s, merito et post eam ponitur g, ut in 'transgredior', eo, scilicet quod g habet similem sonum cum c. Rursus cum inter p et 'ph' sit f et ponatur p post s, merito et post eam ponitur f, ut in 'transfero'. 20,9 20,14

Et quia v consonans ponitur loco digammae, ut in 'Davus', ideo Pr.II 11.
P f. 8va post s merito ponitur, sicut f, ut in 'transveho'. Rursus
cum inter t et 'th' sit d et sequatur t post s, et merito post 20,9-10
eam ponitur d, ut in 'transduco'. In 'transmigro' vero
quod est compositum, non est mirum si sequatur m post s, cum
dixerit m sequi post s in simplicibus. Et hoc equidem modo
resolvuntur quae possunt obici secundum eundem Priscianum.

[Sed obicitur iterum translatus.] Oppositio

Addit iterum Priscianus quod si t finit superio- 50,24-25
rem syllabam, necesse est sequentem ab eadem t De t
incipere. Obiciuntur 'atque', 'atqui', 'atubi'. Ad quod
dicimus quod 'at' coniunctio est cui additur 'que'; 'atqui'
et 'atubi' similiter. 'Satago' vel per duo t scribetur, vel Satago
possunt duae partes esse. Si enim dicamus quod regulam dedit
de simplicibus opponetur 'attinet', quod ponit in exemplo cum
sit compositum. Sed possumus dicere quod 'attinet' apposuit, Melius
non quod sit de regula, sed ex abundanti, ut ostenderet quod
regulariter dixerat de simplicibus quibusdam etiam compositis
convenire.

Addit quoque quod nulla syllaba terminatur in x De x
in media dictione nisi in compositis a praepositione 'ex'. 51,1-2
Sed opponitur 'dextrorsum' quod non est compositum ab 'ex', Oppositio
quod sic solvitur. Quod enim dicit Priscianus "in media
dictione," sic intelligendum est, id est, in iunctura
compositionis et sic cassatur oppositio. [Solutio]

["Z in peregrinis, etc." Sed obicitur 'Booz'. Sed De z
peregrinas dicit tantummodo graecas; illa vero barbara est
quia hebraica.]

Post haec restat ut de accidentibus syllabae dicamus. Pr.II 12 GLK II 51, 21

Accidunt vero syllabae quattuor: tenor, spiritus, tempus, numerus litterarum. Quot et quae accidunt syll.

Tenor idem est quod accentus de quo superius sufficienter dictum est. De Tenore qui est primum accidens

Spiritus vero accidit syllabae quia aspero spiritu vel leni pronuntiatur. 51, 24

Sed mirum est quod Priscianus dicit illa praedicta unicuique syllabae accidere, si spiritum appellavit aspirationem, ut plerique dicere solent, quod falsissimum constat esse ex ipsa Prisciani littera. 51, 21 De secundo accidente quod est spiritus

Sed illud verum est quod quaeque syllaba vel aspero vel leni spiritu pronuntiatur et sic intelligendum est.

P f. 8va Et quia restat ut de tempore agamus, primo videnda est differentia inter tempus et accentum. 51,25-53,3

Accentus ergo est elevatio vocis acuta quae dicitur 'arsis', vel depressio gravis, quae dicitur 'thesis', vel circumflexa inter utrumque vocis modulatio.

Tempus autem est mora pronuntiationis ipsi accentui adiacens. Tempus ergo accidit syllabae, unum, vel duo. Unius namque temporis dicitur syllaba esse si correpta fuerit, duum vero, si producta. 51,25 De tertio accidente quod est tempus

Sed quomodo poterit sciri quod bis tantum teneatur longa quantum brevis? Quis hoc potuit dimetiri? Sed fortasse non ideo dicitur duum temporum sed quia correpta est dicitur unius temporis. Ideo fortasse producta dicitur duum temporum, eo quod multo plus tenetur quam brevis, non quod bis tantum teneatur secundum certam mensuram, vel ideo, quia duae breves saepe ponuntur pro una

longa et e converso.

Placuit etiam quibusdam quod unum tempus et semis accidat syllabae vel duo et semis vel etiam tria. Unum quando vocalis brevis est per se, id est, sine consonante secum posita in eadem syllaba, ut 'amo', vel quando simplex consonans consequitur, ut 'caput'. Unum vero et semis in communibus syllabis," ut 'lacrimae'. Cum enim prima syllaba naturaliter corripiatur, positione duarum consonantium quae sequuntur recipit tempus dimidium, unde potest produci. Duum vero temporum est syllaba cum ipsa longa est vel natura, ut 'dos', vel positione, ut 'ars'. Duo tempora et semis habet syllaba secundum quosdam quando post vocalem natura longam sequitur una consonans, ut 'sol' quoniam enim longa est natura duum temporum. Consonans vero quae sequitur tempus semis ei attribuit. Tria vero habet tempora quando post vocalem natura longam, vel duae consonantes sequuntur, ut 'mons', vel una duplex; ut 'rex' quoniam enim longa natura est duum temporum. Duae vero consonantes quae sequuntur. vel una duplex tempus ei unum attribuunt.

Pr. II 12
GLK II
51,25-26
51,26
52,17
52,17-18
53,1-2

Quod autem 'mons' habeat vocalem natura longam credendum est auctoritati. Dicunt tamen plures quod 'mons' dicitur a 'munio nis', eo, scilicet, quod locum cui montes astant muniunt; et quia prima longa est natura in 'munio', inde probant quod 'mons' productam habet natura vocalem. Quod autem 'rex' natura producatur ex genitivo 'regis' manifestum est.

Quaestio

Sed quaeritur cum dicitur quod syllaba habet unum tempus et semis cuius casus sit ibi semis et cuius generis. Dicunt itaque quod 'semis' duas habet significationes. Quandoque enim nomen est mensurae et tunc declinatur 'hic semis, huius semissis'. Quandoque significat cuiuslibet rei medietatem et tunc est indeclinabile et omnis generis, ut dicatur 'hic' et 'haec' et 'hoc semis' et sic ponitur in hoc loco ubi dicitur "unum tempus et semis."

Pr.II 13
GLK II
52,18
Semis

P f.
9ra

Potest tamen obici quod numquam invenitur neutrum terminatum in 'is'. Nec Priscianus ubi docet diversas neutrorum terminationes hanc terminationem enumerat. Ideoque dicunt plures quod 'semis' est ibi genetivi casus ut dici debeat 'tempus semis', id est 'medietatis' quod est dimidium tempus. Sed magis primam approbo sententiam. Quoniam enim rarissime invenitur neutrum vel commune trium generum in 'is', fortasse non voluit hanc terminationem inter ceteras neutrorum vel communium trium generum Priscianus ponere. Vel quod verius esse videtur, sumptum est a graeco; ideoque cum sit trium generum apud Graecos, et apud nos. Ubi enim Priscianus ostendit cuius generis debeant dici dictiones terminatae in 'is', regulariter dicit quod graeca hanc terminationem habentia eadem genera servant apud Latinos quae apud Graecos. Quid autem horum verius sit sive etiam quid aliud dici possit diligenter lector studiosus inquiret. Illud vero attende, quod quamvis plures dixerint syllabam duo tempora et semis vel etiam tria habere,

161,15-16

tamen in metro vel unius temporis debet accipi syllaba, si correpta fuerit, vel duum si producta. Pr.II 13 GLK II

Numerus quoque accidit syllabae quia nec minus quam unius nec plus quam sex litterarum potest syllaba apud Latinos inveniri. 53,4-6 De Numero syllabae

Et de illa quidem parte tractatus huius qui orthographia dicitur sufficienter dictum est. 'Ortho' namque 'rectum' dicitur; '*graphos', 'scriptura'. Unde tractatus ille ubi de littera, et etiam de syllaba secundum quosdam, agitur 'orthographia' quasi 'de recta scriptura' dicitur. In illa etenim parte recte docemur scribere quamvis plures dicant quod orthographia terminatur ubi tractatus de littera finitur.

Sed antequam ad cetera prodeamus partium compositiones quae in praemisso tractatu aliquid videntur difficultatis habere, necesse est ut breviter et summatim a primo principio expediamus.

EXPOSITIO PARTIUM

2 r. 9rb

'Derivare' compositum est a 'de' et 'rivo'. | 'Derivare' namque proprie est 'rivum de fonte ducere' et inde metaphorice translatum est ad dictiones.

'Vestigium' simplex esse magis existimo. Quod enim exponunt 'vestigia' quasi 'vestes agentia' magis etymologia est quam compositio.

'Emendo' dicunt esse compositum ab 'e' et 'mando'. Mihi tamen videtur magis compositum ab eo quod est 'menda mendae'. Unde 'emendare' dicitur quasi 'extra mendam ponere', quamvis plures dicant hoc magis esse etymologiam.

'Perspicax' decompositum est a 'perspicio', quod est compositum a 'per' et 'spicio', quod non est in usu.

'Ingenium' dicunt alii compositum esse a 'gigno nis', alii a 'genio', qui dicitur 'deus naturae', et sine dubio hoc idem est quod natura.

'Erudio' compositum est ab 'e' et 'rudi' vel 'rudio dis' quia erudire est 'extra ruditatem ponere'.

'Enucleo as' compositum est ab 'e' et 'nucleo'. 'Enucleare' enim est 'nucleum a testa extrahere'.

'Commentor aris', unde 'commentarius', compositum est ex 'con' et 'mente'; 'comminiscor' vero ab eo quod est 'memini'.

'Comperio' vel compositum est a 'pario' vel a 'perior riris', quod non est in usu, unde tamen dicitur 'peritus'.

'Nemo' dicunt plures compositum esse a 'non' et 'homo'.

'Negligo', unde 'negligentia', compositum est a 'non' et 'lego', sicut accipitur pro 'colligo'. 'Negligere' enim est 'non intus legere', id est, nihil intus colligere.

'Inops', unde 'inopia', ab 'in' et 'ope' componitur.

'Officio cis', unde 'officium', componitur ab 'ob' et 'facio'. 'Officere' namque est 'contra aliquem facere'.

'Necesse', unde 'necessarium', dicunt compositum a 'non' et 'cesso' et 'esse', quia 'necesse' dicitur quasi 'non cessans esse', sed magis debet dici etymologia.

'Credo' compositum est a 'cretum' et 'do', eo modo quo 'cretum cretu' secundum antiquos erant supina eius verbi quod est 'cerno nis', non ut supina sunt secundum modernos eius verbi quod est 'cresco cis'. 'Credere' namque est quasi 'cretum dare', cum, scilicet, mente cernimus sic esse.

'Elegans' nomen est, non participium, unde comparatur 'elegantior' et videtur dici ab 'eligo' per derivationem ut sit decompositum. Potest tamen dici quod sit compositum a 'lego gas', unde et 'relego gas', correpta paenultima' quod est 'retrudere'. Sed hic videndum est quod 'lego gas', producta paenultima, est 'legationem iniungere', sicut ibi habetur: "Rhodii quosdam legarunt Athenas," unde et dicitur 'legatus'. 'Lego' vero 'gas', paenultima correpta, est proprie 'per manum heredis aliquid alicui in testamento dare', unde dicitur 'hoc legatum huius ti', illud, scilicet, quod post

P f. 9va

mortem nostram alicui dari praecipimus. In Iuvenali tamen invenitur: "Legatum omne capis," ut sit "le" producta. Sed in Lucano invenitur: "relegatus ab aequore," ut sit "le" correpta, sed plures emendant 'religatus', quia in Ovidio quoque invenitur 'relegatus', producta 'le', unde dicunt 'relego gas', producta paenultima, et melius est sequi versum auctorum. Erit ergo 'lego gas' aequivocum absque ulla correptionis vel productionis differentia.

'Possideo' compositum est a 'sedeo' et a 'post' secundumquosdam, a 'procul' secundum alios. 'Possidere' namque est 'post aliquem in aliqua re sedere', id est, eam obtinere.

'Vitupero' dicunt esse compositum a 'vita' et 'paro'. 'Vituperare' enim est 'aliquid in vitam alicuius parare', sed fortasse etymologia est.

'Aequiparo' compositum est ab 'aequo' et 'paro ras'.

'Ignoro' componitur ab 'in' et 'gnosco' vel fortasse a praeterito plusquamperfecto quod est 'gnoram ras rat'.

'Hic' et 'haec industris' dicitur, unde derivatur 'industria'. Dicitur etiam 'industrius a um', quod est compositum ab 'in' et 'doctrina'. 'Indoctus' namque compositum est ab 'in' et 'doctus' et significat 'in' privationem. In eo vero quod est 'industris' significat 'in' intensionem.

'Congruo is', unde 'congruus a um', componitur a 'con' et 'gruo is', quod non est in usu et est tractum, ut dicunt, a gruibus, quae simul volant.

'Proportio' componitur a 'pro' et eo quod est 'portio'.

'Insidior aris' componitur ab 'in' et 'sedeo des', mutato genere et coniugatione. 'Insidiari' namque est 'contra aliquem sedere'.

'Latro', unde 'latrocinium', dicitur a 'latendo'.

'Infandum' compositum est ab 'in' et 'fandus', quod est a 'for aris'.

'Possibile',. unde 'impossibile' componitur, decompositum est a 'possum tes', quod est compositum ab eo quod est 'hic' et 'haec potis' et 'hoc pote' et 'sum es'.

'Compendium', unde 'compendiosus', componitur a 'con' et 'pendendo', quod est a 'pendo dis', et fortasse 'compendo dis' solet dici, sicut 'impendo dis' et inde 'compendium'.

'Existimo' ab 'ex' et 'aestimo' componitur.

'Excelsus' decomponitur ab 'excello lis', quod est compositum ab 'ex' et 'cello', quod non est in usu.

'Praesul' secundum quosdam componitur a 'prae' et 'solo', unde invenitur verbum 'praesulo las', quod est praesidere. Dicunt tamen plures quod 'praesul' dicitur a 'praesum es'.

'Annuo' componitur ab 'am', graeca praepositione, P f. 9vb | conversa m in n, et 'nuo nuis'.

'Suscipio', unde 'susceptus', componitur a 'sursum' et 'capio pis'.

'Titulus' dicitur a 'titane', quod interpretatur 'illuminans', et ideo dicitur titulus, quia totum opus illuminat.

'Discerno', unde 'discretus', compositum est a 'dis'

et 'cerno nis'.

'Philosophus' componitur a 'philos', quod est 'amor', et 'sophus', quod est 'sapiens'.

'*Diffinio' compositum est a 'dis' et 'finio'.

'Accido' compositum est ab 'ad' et 'cado', d mutata in c.

'Coarto' a 'con' et 'arto tas' componitur, dempta n.

'Proficiscor' a 'pro' et 'facio', mutato genere.

'Intelligo' componitur ab 'intus' et 'lego'.

'Divido dis' componitur a 'dis' et 'vido dis'. Antiqui enim sicut 'video des', ita etiam 'vido dis' tertiae coniugationis dicebant, unde Cato:

Hoc vide ne facias

Non enim staret metrum si 'vide' esset secundae coniugationis et non tertiae.

'Deleo les' compositum est a 'de' et 'leo les', quod non est in usu.

'Elementum' secundum quosdam dicitur quasi 'elevamentum' ab 'elevando', secundum alios 'elementum', quasi 'alimentum' ab 'alendo', vel 'elementum' quasi '*ylementum' ab '*yle', quod est materia primordialis.

'Ostendo' componitur ab 'ob', mutata b in s, et 'tendo dis'.

'Tripertitus', unde 'tripertito' adverbium, dicitur a 'tripertio tis', quod est compositum a 'tribus' et 'partior tiris'.

'Imago' dicitur quasi 'imitago', id est 'imitationem

alicuius rei agens', et haec est etymologia nominis. Derivari namque videtur ab eo quod est 'imitor', paenultima correpta.

'Princeps' dicunt plures esse compositum a 'primo' et 'capio capis'. Alii vero dicunt quod 'princeps' dicitur quasi 'primum caput', sed haec est etymologia nominis.

'Utputa' dicunt plures esse adverbium compositum ab 'ut' et 'puta'; similiter et 'quisputas'. Nos vero dicimus quod syllabicae adiectiones sunt, non compositiones. Quisputas

'Diversus' derivatur a 'diverto tis', quod componitur a 'dis' et 'verto tis'.

'Declino', unde 'declinabilis', quod componitur 'indeclinabilis' compositum est, sicut 'inclino' et 'reclino', et dicunt quidam haec esse composita a 'clino nas', quod non est in usu, sicut nec 'spicio' nec 'fendo'. Alii dicunt quod componitur a 'cleos', quod est 'gloria'. Declinare namque ad depressionem pertinet. Magis tamen videtur esse a 'clivo', unde 'declivus'.

'Simplex' componitur a 'sine' et 'plica'. Simplex namque dicitur quasi 'sine plica', id est, 'fallacia'.

p. f. 10ra 'Semivocalis' componitur a 'semus ma mum', non a 'semis', unde 'semivocalis' dicitur quasi 'minus quam vocalis', eo quod minus habet sonoritatis.

'Apostrophe' componitur ab 'apo', quod est 'retro' et '*trophos' quod est 'conversio'.

'Inchoo' compositum est, ut mihi videtur, ab 'in' et 'chao'. Cum enim res incipit vel inchoat, adhuc est in chao.

'Desino' a 'de' et 'sino nis' componitur.

'Incipio' dicunt componi a 'capio'; mihi vero videtur quod a 'cepio', quod nunc non est in usu, cuius praeteritum 'cepi' habemus, sicut ipse Priscianus dicit in tractatu verbi.

'Potestas' dicitur a 'possum potes', quod est compositum a 'potis' et 'sum'

'Defendo' compositum est a 'de' et 'fendo' quod non est in usu.

'Plerumque' compositum est a 'plerus plera rum' et 'que'. Quidam tamen dicunt quod adiectio est syllabica.

'Ostendo' compositum est ab 'ob' et 'tendo'.

'Ideo' componitur ab 'eo' et 'id'.

'Euphonia' compositum est ab 'eu', quod est 'bonum', et 'phonos', quod est 'sonus'.

'Dimidius' componitur a 'dis' et 'medio'.

'Reliquus a um' videtur derivatum a 'relinquo', quod est compositum a 're' et 'linquo'.

'Nescio' componitur a 'ne' et 'scio'.

'Mulier' dicitur a 'molliendo', eo quod molliat virum:

'Expers' componitur ab 'ex' et 'pars'.

'Exiguus' videtur dictum ab 'exigo'.

'Anceps' componitur a praepositone graeca 'am' et 'capite'.

'Liquidus a um' dicitur a 'liqueo'.

'Corripio' componitur a 'con' et 'rapio'.

'*Othomega' componitur ab'*othon' quod nominant 'o' et 'megalon' quod est 'longum', et est talis figura ω, repraesentans 'o' longum apud Graecos; namque brevis 'o' dicitur ab eis '*othomicron' quia 'micros' interpretatur 'minor'. Corrupta autem o minor est quam producta o.

'Duplico', unde 'duplex' dicitur vel e converso, componitur a 'duobus' et 'plico cas'.

'Communis' compositus est a 'con' et 'munio' quoniam 'hoc munium huius munii' idem est quod officium.

'Metamorphosis' interpretatur 'transmutatio' vel 'transformatio'. 'Meta' namque interpretatur 'trans', 'morphosis', 'mutatio'. Alii dicunt quod 'metamorphosis' interpretatur 'de transmutatione' quia 'meta' interpretatur 'de' secundum eos.

'Sexdecim' componitur a 'sex' et 'decem'.

'Perpetuus', unde 'perpetim', simplex videtur esse, non compositum.

'Idem' compositum est ab 'is' et 'demum', per apocopam 'um'.

'Significo' componitur a 'signo' et 'facio cis'.

'Aspiro', unde 'aspiratio', compositum est ex 'ad' et 'spiro ras'.

'Cognosco', unde 'cognitio', componitur ex 'con' et 'nosco'.

'Affinis' componitur ex 'ad' et 'fine'.

'Reperio' ex 're' et 'pario'.

P f. 10rb

'Dumtaxat' est adverbium et ponitur|pro solummodo. Est autem compositum ex 'dum' et 'taxo as', quod est dicere.

'Quidem' putant esse compositum a 'qui' et 'demum', sed magis est adiectio syllabica.

'Invado' componitur ex 'in' et 'vado'.

'Abundo' componitur ex 'ab' et 'undo das'.

'Contemplor' componitur a 'con' et 'templor ris', quod non est in usu, vel, ut alii dicunt, a 'templo'.

'A(c)cio' compositum est ex 'ad' et 'cio cis'.

Sed videndum est quod 'cieo cies' et 'cio cis' verba sunt diversarum coniugationum sed eiusdem prorsus significationis, sicut ipse Priscianus in tractatu verbi confirmat. Sed in hoc uno est differentia quod 'citum citu' cum sint secundae coniugationis supina corripiunt paenultimam; cum vero sint supina quartae, paenultimam producunt. 'Arcio' vero componitur ex 'ad' et 'cio' mutata d in r, secundum antiquos, qui pro d solebant r ponere dicentes 'arvenas' pro 'advenas' et consimilia. Nos autem sequente c, mutamus d in c. Dicimus itaque 'accio' ubi solebant antiqui dicere 'arcio'. Inde vero derivatur 'arcesso sis' [arcessere] tertiae coniugationis, unde dicitur "Arcessitur maiestatis," paenultima correpta. Dicitur etiam et "arcessio sis', quod est quartae coniugationis, unde "Vade et arcessi Simonem." Antiqui tamen damnant 'arcessio' quod est quartae coniugationis, eo quod Priscianus non facit mentionem de eo sed de illo quod est 'arcesso'. Vide tamen quod invenitur 'accerso' ad differentiam verbi 'arcesso'

De cieo es et cio cis

quod est ab 'arceo'.

'Sufficio' componitur ex 'sub' et 'facio cis'.

'Continuo' compositum est ex 'con' et 'teneo', mutata coniugatione.

'Adhibeo' ex 'ad' et 'habeo'.

'Transeo' ex 'trans' et 'eo'.

'Accipio' ex 'ad' et 'capio'.

'Differo', unde 'differentia', componitur ex 'dis' et 'fero'.

'Iniuria' componitur ab 'in' et 'iure'. 'Iuria' enim nihil est.

'Reiicio' componitur ex 're' et 'iacio'; 'reicio' vero ab 'icio' vel 'ico icis'.

'Hiulcus' derivatur ab 'hio hias' et est mobile.

'Consueo' componitur ex 'con' et 'sueo', quod non est in usu, sed 'suetus' invenitur.

'Nequiquam' a 'ne' et 'quicquam' quod componitur secundum quosdam a 'quid' et 'quam', sed magis est derivatum, mutata d in c.

'Dimeter' componitur a '*dya', quod est 'duo' et 'metros', quod est 'mensura'. Sed vide quod 'dia' scriptum per i (iota) interpretatur 'de', unde 'diapente', quasi 'de quinque'. 'Penta' enim 'quinque' dicitur, '*dya' vero per y interpretatur 'duo'.

'Trisyllabum' componitur ex 'tribus' et 'syllaba'.

'*Syllabin' vero interpretatur 'comprehensio'.

25 r. a/b 10va '*Epodon' interpretatur | 'obliquatio', unde dicitur

'epodicum carmen', quia ibi Horatius remordet oblique.

'Penta', 'quinque', '*memeris','medietas', unde '*pentimemeris', id est, medietas pentametri versus, hoc est, constantis ex quinque pedibus.

'Veronensis' patrium nomen est quia Verona civitas est.

'Hendecas' 'undecim', inde 'hendecasyllabi' versus, id est, 'undecim syllabarum'.

'Auceps aucupis' ab 'ave' et 'capio', quasi 'aves capiens'.

'Auspicium' ab 'ave' et 'spicio cis', quod non est in usu.

'Augurium' ab 'ave' et 'garritu'.

'Augustus' componitur ab 'ave' et 'gustu'. Dicunt tamen quod 'augustus', cum est proprium nomen, ab 'augendo' dicitur et est secundae declinationis, cum vero est compositum ab 'ave' et 'gustu', tunc est quartae declinationis, ut dicatur 'augustus tus tui' et est nomen praesagii quod in gustu avium perpendebatur, unde etiam dicunt quidam Augustum hoc nomen sortitum fuisse quia in gustu avium praecognitus est ortus ipsius.

'Hexameter' componiturab '*hexa' graeco quod interpretatur 'sex' et 'metros', quod est 'mensura' et dicitur hexameter versus quasi 'ex sex pedibus constans'.

'Invideo', unde 'invidia', compositum est ab 'in' et 'video'. Qui enim invidet alicui, bona eius non videt.

'Tribrachus' componitur ex 'tribus' et 'brachos', quod

interpretatur 'breve', unde dicitur 'tribrachus' quasi 'ex tribus brevibus constans'.

'Epigramma' interpretatur 'superscriptio' et est compositum ab 'epi', quod est 'supra', et 'gramma', quod interpretatur 'linea' et ponitur pro littera quia fit quadam linearum protractione.

'Egomet' non est compositum, sed est ibi 'met' syllabica adiectio.

'Tripos' est compositum a 'tribus' et eo quod est 'pes', quod antiqui dicebant 'pos'.

'Xerolophus' interpretatur 'siccus' vel 'aeneus cervus' quia 'xeron' interpretatur 'siccus' vel 'aeneus', 'lophos', 'cervus', ex quibus nomen illud est compositum.

'Prodest' compositum est ex 'pro' et est interposita d causa hiatus prohibendi; similiter 'comburo' ex 'con' et 'uro', interposita b.

'Sicubi' ex 'si' et 'ubi', interposita c; 'nuncubi' quoque ex 'non' et 'ubi', interposita c.

'Caelebs' componitur ex 'caelesti' et 'vita' et 'ducente'. 'Caelebs' namque dicitur quasi 'caelestem vitam ducens'.

'Philippus' interpretatur secundum quosdam 'os lampadis', secundum alios 'amator equorum' et est compositum a 'philos' quod est 'amor' et 'hippos' quod est 'equus'.

'Pyrrhus' secundum quosdam dicitur a 'pyr' quod est 'ignis', quia rufos habuit capillos.

P r. 10vb

'Extrinsecus' dicunt plures esse compositum ab 'extra'

et 'secus', sed magis debet dici derivatio.

'Pereo' componitur ex 'per' et 'eo is'.

'Absque' ex 'abs' et 'que', sed magis est derivatio vel syllabica potius adiectio.

'Cohaereo' componitur ex 'con' et 'haereo res'.

'Substo', unde 'substantia', componitur ex 'sub' et 'sto stas'.

'Considero', unde 'consideratus', componitur ex 'con' et 'sidero ras', quod non est in usu, vel a 'sido dis', mutata coniugatione.

'Antecedo dis', unde 'antecedens', est compositum ab 'ante' et 'cedo dis'.

'Aufero' ex 'ab' et 'fero fers'.

'Recuso sas' componitur ex 're' et 'cuso sas'. Dicitur enim 'cudo dis', unde 'cudere cusum cusu' et inde, mutata u in o, 'cuso sas', unde componitur 'accuso sas' et incuso sas' et 'recuso'. Quod enim dicitur 'incuso' quasi 'in causam traho' vocabuli est etymologia.

'Interiacio', unde 'interiectio', componitur ab 'inter' et 'iacio'.

'Abscondo', unde 'absconditus', est compositum ex 'abs' et 'condo dis'.

'Dinosco' componitur ex 'dis' et 'nosco'.

'Attendo' ex 'ad' et 'tendo', mutata d in t.

'Invicem' ex 'in' et 'vice', quamvis dubitetur an sit compositum, sicut suo loco dicetur.

'Abicio' ex 'ab' et 'iacio'.

'Sinciput' dicitur quasi 'sincera pars capitis', id est, 'aperta', ut est frons et inde componitur 'sinciput'.

'Sincerus ra rum', producta paenultima, componitur ex 'sine' et 'cera', unde dicitur 'sincerus' quasi 'sine mollitie et flexibilitate'.

'Occiput' dicitur quasi 'occidua pars capitis' et inde componitur.

'Occido' vero, unde 'occiduus', componitur ex 'ob' et 'cado dis'.

'Aliquis' componitur ex 'aliφ' et 'quis'.

'Praetereo', unde 'praeteritum', componitur ex 'praeter' et 'eo is'.

'Perficio', unde 'perfectum' componitur ex 'per' et 'facio'.

'Excipio', unde 'exceptus', componitur ab 'ex' et 'capio'.

'Compesco' alii dicunt compositum esse ex 'con' et 'paciscor', alii a 'pace', sed magister Menegaldus dicebat esse compositum a 'con' et 'pede' et 'capio'.

'Ascendo' componitur ex 'ad' et 'scando', subtracta s; 'accendo' vero ex 'ad' et 'candeo des', unde 'candela', quia quanto plus accenditur ignis tanto plus candet.

'Nequeo quis' componitur ex 'ne' et 'queo'.

'Desero a 'de' et 'sero ris'. Sed vide quod 'sero' duplex habet praeteritum, 'serui' et 'sevi'; a 'serui' vero supina sunt 'sertum tu', a 'sevi', 'satum satu'. 'Sero sevi' ad semina pertinet et ad arbores, unde 'insero insevi insitum insitu', secundum quod Virgilius:

Insere nunc, Meliboee, piros

'Insero' vero 'inserui insertum tu' idem est quod 'immitto tis immisi'.

'Quasso sas' scriptum per q dicitur a 'quatio'; 'casso' vero per c a 'careo carui cassum su' et, mutata u in o, 'casso sas'.

'Colligo', unde 'collectaneus a um', componitur ex 'con' et 'lego'.

'*Polistore' interpretatur 'pluralitas historiarum' et est compositum a '*polis', quod est 'multitudo' vel 'pluralitas' et 'historion'.

'Ingredior', unde 'ingressus', ab 'in' et 'gradior ris'.

'Interimo interimis', unde 'interemptus', est compositum ab 'inter' et 'emo emis'.

'Exeo' ab 'ex' et 'eo is'.

'Paenultima' dicitur quasi 'paene ultima' et ex his componitur.

'Coniugo gas', correpta paenultima, unde 'coniugo', compositum est ex 'con' et 'iugo gas', unde et 'subiugo' dicitur.

'Prodo dis' componitur ex 'pro' et 'do as'.

'Vendo' ab eo quod est 'venum' et 'do'. 'Vendere' namque est quasi 'venum dare'. 'Veneo' quoque 'venii' dicunt esse compositum a 'venum' et 'eo is', sed in tractatu verbi dicit Priscianus quod 'venum nu' supina sunt huius verbi. Ideoque videtur velle quod verbum simplex sit, non compositum.

'Appareo' componitur ex 'ad' et 'pareo res'.

'Obtineo' ex 'ob' et 'teneo'.

'Repeto', unde 'repetitus ta tum', componitur ex 're' et 'peto petis'.

'Praeterea' ex 'praeter' et 'ea'.

'Inops' ex 'in' et 'ope'.

'Affinis' componitur ex 'ad' et 'fine', mutata d in f.

'Exprimo' ex 'ex' et 'premo'.

'Meridies' componitur a 'medio' et 'die', mutata d in r. Quod enim dicitur 'meridies' quasi 'mera dies' etymologia potius est quam compositio.

'Hodie' componitur ex 'hoc' et 'die'.

'Pitisso' dicitur quasi 'potisso' a 'potando' et est idem quod frequenter bibere.

'Thalassa' interpretatur 'mare' vel 'profundum'. Unde invenitur compositum 'bithalassum' quasi 'duplex mare', ubi, scilicet, duo maris brachia concurrunt.

'Calliopea' dicitur quasi 'callophonos' est est compositum a 'calo', quod est 'bonum' et 'phonos', quod est 'cantus'.

'Platanus' arbor est et dicitur sic propter latitudinem foliorum a 'platos' quod interpretatur 'latitudo', unde etiam derivatur 'platea'.

'Coerceo' ex 'con' et 'arceo'.

'Inficio' ex 'in' et 'facio'.

'Inermis' ab 'in' et 'armatus' quasi 'sine armis'.

'Hanelitus' componitur ex 'am' et 'halitus'.

'Insulsus' ex 'in' et 'salsus'.

'Diligo' ex 'dis' et 'lego gis'.

'Amplector' ex 'am' et 'plector'.

'Animadvertor' ex 'anima' et 'vertendo'.

'Carnifex' ex 'carne' et 'facio', quasi 'faciens carnes'.

'Armipotens' ab 'armis' et 'potente'.

'Homicida' ab 'homine' et 'caedo dis'.

'Corniger' a 'cornu' et 'gerendo'.

'Stellifer' a 'stella' et 'ferens'.

'Arcitenens' ab 'arcu' et 'tenendo'. 'Architenens' namque componitur ab 'archos', quod est 'princeps', et 'tenendo' quasi 'tenens principatum'.

'Fatidicus' a 'fatis' et 'dicendo'.

'Aurifex' ab 'auro' et 'faciendo' et est idem quod 'aurifaber'.

'Causidicus' a 'causis' et 'dicendo'.

'Luctificus' a 'luctu' et 'faciendo'.

'Cornicen' a 'cornu' et 'canendo'.

'Tubicen' a 'tuba' et 'canendo'.

'Fidicen' ab eo quod est 'fidis', id est, 'corda', et 'canendo'.

'Tibicen', paenultima producta- in ceteris enim corripitur- a 'tibia' et 'canendo'. 'Tibia' enim, a mutata in i, debuit facere 'tibiicen', ut utraque i esset correpta. Sed quia nimius esset hiatus, una i longa posita est pro duabus brevibus. Ideoque dicitur 'tibicen', paenultima producta.

'Vulnificus' componitur ex 'vulnere' et 'faciendo'.

'Viripotens' dicitur non qui multos potest habere

viros sed mulier dicitur 'viripotens' quae virum potest sustinere, quasi nubilis.

'Parricida' vel a 'pari' vel a 'patre' vel a 'parente' componitur et 'caedo dis'. Cetera quae sequuntur manifesta sunt.

'Menceps' dicitur quasi 'mente captus' et ex his componitur, et dicitur 'menceps' quasi 'insanus'.

'Tuscia', unde 'Tusci', a 'thure' dicitur, eo quod ibi thus abundat.

'Compos compotis' est 'effector voti' et componitur ex 'con' et 'potis'.

'*Edonta' secundum quosdam interpretatur 'edentulus', quod est compositum ab 'e' et 'dentibus', secundum alios '*edein' est 'videre', unde '*edonta' quasi 'videns'.

'σπονδεῖον' interpretatur 'tractus', unde 'spondeus' quasi 'tractivus', quia longo tractu profertur ille pes, eo quod ex duabus longis habet constare.

'Angustus' non est compositum sed derivatum ab 'ango gis'.

'Acheron' compositum est ex 'a', quod est 'sine', et 'cheron', quod est 'gaudium', unde dicitur 'Acheron' quasi 'sine gaudio'.

'Nimirum' dicunt quidam esse compositum a 'non', alii a 'ni' et 'mirum'.

'Repudio as' dicunt esse compositum ex 're' et 'pede' quia 'repudiare' est quasi 'retro pedem ponere'.

'Rusticus' dicitur quasi 'ruris custos' sed magis est

etymologia quam compositio.

'Orthographia' compositum est ab 'ortho', quod est
f. 'rectum', et 'graphos', quod est 'scriptura'.

'Veredus' dicitur equus trahens currum et est compositum a 'veho is' et 'reda'. 'Veredus' enim dicitur quasi 'vehens redam', inde etiam dicitur 'veredarius auriga'.

'Deiero', quod dicebant antiqui, paenultima correpta, componitur ex 'de' et 'iuro', mutata u in e correptam.

'Peiero' quoque secundum antiquos correpta paenultima quod idem est quod 'periuro' quasi 'perperam iuro', mutata similiter u in e correptam.

'*Tugater' secundum antiquos interpretatur 'creator omnium rerum', secundum alios proprium nomen fuit puellae.

'Ὄρος' graecum neutri generis nomen montis est; quando vero est apud eos masculini generis, 'definitio' vel 'visio' interpretatur.

'Ὅλος' interpretatur 'totum'.

'Νόσος' graece, 'infirmitas' latine.

'Pelium' nomen loci est.

'Commemoro' componitur ex 'con' et 'memoro'.

'Amitto' componitur ex 'a' praepositione et 'mitto'.

'Pelui', ut sit 'ui' diphthongus dicitur a graeco† 'pelos', quod interpretatur 'nocens'. Dicunt etiam quod 'pelui' dativus est eius quod est 'pelos'. 'Pelvis' enim, ut sit u consonans, nomen vasis est quod vulgo dicimus 'bacinum'.

'Hercules' secundum quosdam compositus est ab 'Hera'

quod est 'Iuno' et 'cleos', quod est 'gloria', ut dicatur 'Hercules' quasi 'gloria Iunonis'; alii dicunt compositum esse ab '*er', quod est 'lis', ut dicatur 'Hercules' quasi 'gloriosus in lite'.

'Aesculapius' interpretatur 'dure faciens'.

'Alcumaeon' interpretatur 'novus fortis' et idem est 'Alcumena'.

'Exilis' componitur ab 'ex' et 'hoc ilum huius ili', quod est tenerrimum illud quod est in penna. Alii dicunt quod componitur ab 'hyle', quod est nomen primordialis materiae et interpretatur 'silva'.

'Taberna' dicitur domuncula ubi merces venduntur et sic dicitur a tabulis super quam merces exponuntur.

'Obscurum' componitur ab 'obs' et 'cura'.

'Tantumdem' componitur ex 'tantum' et 'idem'.

'Identidem' componitur ex 'idem' et 'idem', interposita t.

'Numquis' componitur ex 'non' et 'quis', 'numquam', ex 'non' et 'quam'.

'Anceps' componitur ex 'am' praepositione et 'capite'.

'Anfractus' ex 'an' et 'fractus'.

'Intercipio' componitur ex 'inter' et 'capio', vel, ut alii dicunt, a 'cepio', quod non est in usu, cuius tamen praeteritum 'cepi' invenitur.

'Ambio', unde 'ambitus', componitur ex 'am' et 'eo is', interposita b.

'Ambesus' ex 'am' et 'esus'.

P f.
11vb 'Ambustus' ex 'am' et 'ustus', interposita b.

'Ambigo', unde 'ambages', componitur ex 'am' et 'ago', similiter interposita b.

'Comburo' ex 'con' et 'uro', interposita quoque b.

'Exspiro', unde 'expirans', componitur ab 'ex' et 'spiro'.

'Transfigo', unde 'transfixus', ex 'trans' et 'figo'.

'Subtraho' ex 'sub' et 'traho'.

'Insignis', unde 'insignitus', componitur ex 'in' et 'signo'.

'Deligo', unde 'delectus ta tum', ex 'de' et 'lego gis'.

'Ignosco' ex 'in' et 'nosco', mutata n in g.

'Ignavus' ex 'in' et 'gnavus', quod est sapiens.

'Ignarus' ex 'in' et 'gnarus', quod 'cautus'.

'Ignominia' componitur ex 'in' et 'nomine'. 'Nominia' enim nihil est, sed in ipsa compositione fit derivatio.

'Cognosco' ex 'con' et 'nosco'.

'Adimo', unde 'ademptus', ex 'ad' et 'emo is', mutata e in i.

'Adicio', unde 'adiectio', ex 'ad' et 'iacio' secundum quosdam, secundum alios ab 'icio icis' vel 'ico', quod idem est.

'Ingero' ex 'in' et 'gero'.

'Anchora' componitur ex 'am' et 'chiros', quod est 'manus', quemadmodum manus facta est ut cuiuscumque capiat arenam.

'Catinum' est vas fictile in modum scutellae factum, unde in evangelio: "Qui mecum manum intingit in catino."

'Catinum' ergo vas, sicut et salvium dicitur vas salibus aptum.

'Collega' componitur ex 'con' et 'lego gas', quia 'collegae' dicuntur qui simul legantur, id est, in legationem mittuntur.

'Illido' ex 'in' et 'laedo'.

'Colligo' ex 'con' et 'lego'.

'Inbibo' ex 'in' et 'bibo'.

'Inbellis' ex 'in' et 'bello'.

'Imbuo', unde 'imbutus', compositum est ex 'in' et 'uo uis', quod non est in usu, sed invenitur 'uva' et 'uvidus' quae inde derivantur.

'Immineo' ex 'in' et 'maneo'.

'Inmitto' ex 'in' et 'mitto'.

'Immotus' ex 'in' et 'motus'.

'Improbus' ex 'in' et 'probus'.

'Impero', unde 'imperator', ex 'in' et 'paro ras'.

'Impello' ex 'in' et 'pello'.

'Neuter tra trum' componitur ex 'ne' vel 'non' et 'uter tra trum'.

'Corrigo' ex 'con' et 'rego', mutata n in r.

'Corrumpo' ex 'con' et 'rumpo'.

'Irrito tas', producta paenultima, componitur ex 'in' et 'ritu'. 'Irritare' namque est 'in ritum suum trahere'. Et dicunt plures quod invenitur etiam 'irrito', correpta paenultima, quod est compositum ab 'in' et 'reor'. Sed istud verbum numquam inveni. 'Irritus' tamen, correpta

paenultima, saepissime invenio et non est participium sed nomen compositum ex 'in' et 'ratus'.

'Expello' est compositum ab 'ex' et 'pello'.

P f. 12ra

'Ecquid' ab 'en' et 'quid', mutata n|in c.

'Cicer' genus est leguminis et est triangulum, unde dictus est Cicero, eo quod faciem habuit triangulam.

'Rhenus' est proprium nomen fluvii, 'Rhodus', loci.

'Tyrrhenus' proprium nomen regis.

'Orpheus' filius fuit regis Latinorum et dictus est 'Orpheus' propter horrorem faciei. Inde dicebantur 'Orrhoena' dies lugubres quibus singulis annis mors eius deplorabatur.

'Basilica', correpta paenultima, dicitur quasi 'super basim locata per etymologiam nominis. Dicitur enim basilica domus magna ad terram non in solium sublimata et ponitur pro domo orationis. Derivatur ergo a 'basi'. 'Bases' vero dicuntur quadrati lapides qui ponuntur in fundamento. 'Basis' ergo dicitur quae supponitur columnae marmoreae; 'epistylium' vero dicitur lapis quadratus qui super ponitur, et est compositum ab 'epi', quod est 'supra', et 'stilo'. 'Stilon' enim graece, 'longum' dicitur latine et appellatur 'stilus' in columna illud longum et directum quod est inter basim et epistylium.

'Adigo' est compositum ex 'ad' et 'ago', mutata a in i.

'Coeo' ex 'con' et 'eo is'.

'Discerno' ex 'dis' et 'cerno'.

'Coniungo', unde 'coniunctio', ex 'con' et 'iungo gis'.

'Apostrophus' ab 'apo', quod est 'retro', et '*trophos', quod est 'conversio'.

'Diminuo' ex 'dis' et minuo'.

'Pistrix' genus est navis.

'Ornix' interpretatur 'gallina', unde 'ornixomantia', quasi 'divinatio in ortu pullorum' et est compositum ab eo quod est 'ornix' et 'mantice', quod est 'divinatio'.

'Praeses' dicunt plures esse compositum a 'praesum praees', sed magis mihi videtur esse a 'praesideo', quod componitur a 'prae' et 'sedeo'.

'Addo addis', unde 'additus', componitur ex 'ad' et 'do das'.

'Expedio' componitur ab 'ex' et 'pedica', correpta paenultima; 'pedica' vero vel derivatur a 'pede' vel, ut alii dicunt, compositum est a 'pede' et 'capio'. 'Pedica' namque dicitur quasi 'capiens pedes'.

'Apices' dicuntur litterae illae propriae quae scribi solent in frontibus templorum. 'Apex' enim proprie altitudo dicitur.

'*Suppellex' videtur dici a 'supplendo', quod est compositum ex 'sub' et 'pleo ples', quod non est in usu sed inveniuntur inde composita 'repleo' et 'compleo' et similia.

'Regula' dicitur a 'regendo'.

'Subeo' ex 'sub' et 'eo'.

'Coniunx' dicitur a 'coniungendo', quod componitur ex 'con' et 'iungo'. Debuit autem genitivus esse 'coniungis'

per n sed, ut esset differentia ad secundam personam verbi eius quod est 'coniungo', dempta est n a genitivo ut dicatur 'coniugis', correpta paenultima.

'Efficio' est compositum ab 'ex' et 'facio'.

'Effero' ab 'ex' et 'fero'.

'Exaro', paenultima correpta, compositum est ab 'ex' et 'aro as'.

'Excutio' ab 'ex' et 'quatio' componitur.

'Expes' dicitur quasi 'extra spem' et componitur ab 'ex' et eo quod est 'spes'.

'Extasis' componitur ab 'ex' et 'stasis', quod est 'status', quasi 'extra statum', unde 'extasis' dicitur mentis excessus.

'Obtineo' ex 'ob' et 'teneo'.

'Reddo' ex 're' et 'do', interposita d.

'Exequor', unde 'exequiae', componitur ab 'ex' et 'sequor'.

'Obsideo', unde 'obsessus', ab 'ob' et 'sedeo'.

'Obsectus' ab 'ob' et 'sectus'.

'Occurro' ex 'ob' et 'curro', mutata b in c; 'succurro' ex 'sub' et 'curro' similiter.

'Sufficio' ex 'sub' et 'facio'.

'Suffio', quod est subsumigo vel subministro, ex 'sub' et 'fio'.

'Suggero' ex 'sub' et 'gero'.

'Summitto' ex 'sub' et 'mitto', mutata b in m.

'Globus' est rotunditas solida, 'glomus', volumen circuli. Dicunt tamen quod 'hic glomus huius mi' idem est quod 'globus', 'hoc glomus huius ris', et conglobatio filorum, unde '*glomicellus', qui fit ex filis.

'Surripio' ex 'sub' et 'rapio'.

'Arripio' ex 'ad' et 'rapio'.

'Suscipio' non a 'sub' componitur, sed a 'susum' vel 'sursum' et 'capio'. Similiter et 'sustuli' a 'susum' vel a 'sursum'.

'Subtinnio' ex 'sub' et 'tinnio nis', quod est verbum facticium datum ex sono.

'Suspicor' a 'susum' vel 'sursum' et 'spicio cis'. quod non est in usu, mutato genere et coniugatione; similiter et 'suspicio' a 'susum' vel 'sursum' et 'spicio'.

'Supplico', unde 'supplex' vel e converso, ex 'sub' et 'plico cas'.

'Suffragor' ex 'sub' et 'fragor garis', quod non est in usu, unde archiepiscopos coepiscopos suffraganeos dicunt.

'Sufflo' ex 'sub' et 'flo as'.

'Effluo' ab 'ex' et 'fluo'.

'Effringo' ab 'ex' et 'frango', mutata x in f.

'A<s>cisco' ex 'ad' et 'scisco', quod est a 'scio scis'.

'Quadringenta' ex 'quattuor' et 'centum'.

Et quia de numeris facta est mentio, ab altiori incipiamus.

Vide ergo quod per i repraesentatur unitas, per v, quinque, per x, praeposita i, novem hoc modo: ix. Per x repraesentatur decem, per x et v, quindecim, hoc modo: xv, per duo x, viginti sic: xx, per x ante l, quadraginta sic: xl, per l, quinquaginta, per lx, sexaginta, per l et duo xx, septuaginta, per l et tria xxx, octoginta, per l et quattuor xxxx, nonaginta. Per c repraesentatur centum, per d, quingenti, per dc, sexcenti, per d et duo c, septingenti hoc modo: dcc, per d et tria c, octingenti, per d et quattuor cccc, nongenti, per m, mille.

P f. 12va

Per i quoque, protracta linea desuper, repraesentatur mille hoc modo Ī. Et ut ratio procedat, quotquot i scribuntur, si super ea linea protrahatur, tot milia designabuntur, ut, si scribantur duo i et linea desuper, fiat duo milia et deinceps hoc modo ĪĪ, ecce, duo milia, $\bar{\bar{\imath}}\bar{\bar{\imath}}\bar{\bar{\imath}}$, ecce, tria milia et hoc idem de ceteris. Et quoniam v repraesentat quinque, si desuper protrahatur linea, fient quinque milia. Et ut totum colligam, quotquot unitates per figuras designabuntur, protracta linea desuper tot milia repraesentabuntur, hoc modo $\bar{\text{v}}\bar{\text{i}}$, ecce, sex milia, $\bar{\text{i}}\bar{\text{x}}$, ecce, novem milia. Scribatur quoque x et linea protrahatur desuper hoc modo, $\bar{\text{x}}$, ecce, decem milia. Scribe quoque duo x et duc desuper lineam hoc modo: $\bar{\text{x}}\bar{\text{x}}$, ecce, viginti milia; duc rursus super xl hoc modo: $\bar{\text{x}}\bar{\text{l}}$, ecce, quadraginta milia. Quod si super l hoc idem sic: $\bar{\text{l}}$, erunt quinquaginta milia. Si vero super l et x hoc modo: $\bar{\text{l}}\bar{\text{x}}$, fient sexaginta milia. Si ducatur iterum linea

super l et duo x hoc modo: $\bar{l}\bar{x}\bar{x}$, ecce, erit septuaginta milia et deinceps. Si vero ducatur linea super c hoc modo: $\bar{c}$, fient centum milia, si super duo c sic: $\bar{c}\bar{c}$, ducenta milia, si vero ducatur in ea hoc modo: $\bar{d}$, erit quingenta milia, si super d et c ut sit ita: $\bar{d}\bar{c}$, sexcenta milia. Si vero super m ducatur sic: $\bar{m}$, erunt mille milia et hoc idem regulariter in omnibus est observandum. Et quoniam de figuris repraesentantibus numeros satis dictum est, nunc ad compositiones nominum numeralium redeundum est.

De Compositione nominum numeralium

Vide ergo quod nomina numerorum usque ad x sunt simplicia. Deinde vero omnia sunt composita usque ad centum. Undecim enim compositum nomen est ex uno et decem, duodecim ex duobus et decem et hoc modo deinceps usque ad viginti. Hoc autem compositum est ex 'bis' et 'gentos', quod interpretatur 'decem' sicut et 'decas' et 'costen', unde 'Pentecostes' dicitur quasi quinquies decem, hoc est, quinquaginta. Tot enim dies sunt a Pascha usque ad Pentecosten. 'Penta' enim 'quinque' dicitur. Viginti ergo dicuntur quasi 'bis gentos', id est, bis decem, mutata b in u consonantem. | Quod enim dicitur viginti quasi 'bis geniti' magis est etymologia quam compositio vocabuli. Triginta quoque compositum est ex tribus et gentos quasi 'ter decem', quadraginta, ex quattuor et gentos, quinquaginta, ex quinque et gentos, sexaginta, ex sex et gentos, septuaginta, ex septem et gentos, octoginta, ex octo et gentos, nonaginta, ex novem et gentos. Centum vero simplex nomen est et vide quod primum nomen numerale, id est, unus na num mobile est per tria genera. Duo vero in plurali

P f. 12vb

numero tantum invenitur et declinatur 'hi duo' et 'hae duae' et 'haec duo'. In una enim et eadem terminatione masculini generis .et neutri. In genitivo tantum, cum est neutrum, dicitur duum quoniam masculinum est duorum quamvis et in hac terminatione possit dici neutrum. Tres quoque pluralis numeri est et declinatur 'hi' et 'hae tres' et 'haec tria'. Cetera vero nomina numeralia indeclinabilia sunt et omnium generum usque ad centum quod etiam est indeclinabile et est trium generum.

Ducenti vero in plurali numero invenitur et declinatur 'ducenti tae ta' et est compositum a duobus et centum. Dicitur quoque in plurali numero tantum 'trecenti tae ta' et est compositum a tribus et centum. 'Quadringenti' quoque 'tae ta' per tria genera declinatur et compositum est ex quattuor et centum sed quia antecedit n quae non bene sonat ante c, ideo mutata est c in g. Similiter dicitur 'quingenti tae ta' et est compositum ex quinque et centum sed propter causam praedictam mutata est c in g. 'Sexcenti tae ta' in plurali tantum numero invenitur quod quidam scribunt per s et non per x ut dicant: 'sescenti' et non 'sexcenti', eo quod x ponitur pro 'cs' vel pro 'gs', unde male sonaret ante c. 'Septingenti' etiam 'tae ta' dicitur tantum in plurali numero et componitur ex septem et centum, mutata c in g. Dicitur quoque 'octingenti tae ta' et est compositum ex octo et centum. 'Nongenti' etiam 'tae ta' dicitur compositum ex novem et centum. Mille vero indeclinabile est. Duo milia et deincops

videntur esse duae partes et si est una declinatur 'duo milia duum milium'.

'Concido', unde concisio', componitur ex 'con' et 'caedo dis'.

'Aliquando' ex 'aliquo' et 'quando'.

'Assumo' ex 'ad' et 'sumo'.

'Accido' ex 'ad' et 'cado'.

'Aggero' ex 'ad' et 'gero'.

'Allido' ex 'ad' et 'laedo', mutata d in l.

'Appono' ex 'ad' et 'pono'.

'Arrideo' ex 'ad' et 'rideo'.

'Meridies', quasi 'medidies', ex 'medio' et 'dies'. Quod enim 'meridies' dicitur quasi 'mera dies' magis est etymologia quam compositio.

'Advenio', unde 'hic' et 'haec advena' ex 'ad' et 'venio nis'.

'Advoco', unde 'advocatus', componitur ex 'ad' et 'voco cas'.

'Advolo' ex 'ad' et 'volo las'.

'Affor' ex 'ad' et 'for'.

'Agger' derivatur ab 'aggero', quod componitur ex 'ad' et 'gero'.

'Assideo' ex 'ad' et 'sedeo'.

'Attineo' ex 'ad' et 'teneo'.

'Attingo' ex 'ad' et 'tango'.

'Attamino' ex 'ad' et 'tamino'. 'Tamen' namque adversativa particula est et inde dicitur 'tamino nas', quod est

'adversor saris', unde componitur 'attamino' et 'contamino'.

'Compono', unde 'compositus ta tum', ex 'con' et 'pono'.

'Redigo' componitur ex 're' et 'ago', interposita d et mutata a in i.

'Redarguo' ex 're' et 'arguo', interposita d.

'Subtraho' ex 'sub' et 'traho'.

'Consono', unde 'consonans', ex 'con' et 'sono',

'Asto' ex 'ad' et 'sto'.

'Accipio' ex 'ad' et 'capio', mutata d in c.

'Sufficio', unde 'sufficienter', ex 'sub' et 'facio'.

'Effugio' ab 'ex' et 'fugio gis', mutata x in f.

'Indago gas', unde 'indago indaginis', componitur ex 'in' et 'ago gis', coniugatione mutata. 'Indagare' enim est quasi 'inde agere'.

'Accino nis', unde 'accentus', componitur ex 'ad' et 'cano nis', mutata d in c et a in i.

'Supervacuus a um' componitur ex 'super' et 'vacuus'.

'Psilen' interpretatur 'siccitas', 'dasian', 'ubertas'.

'Infinitus' ex 'in' et 'finitus'.

'Participo', unde 'participium', compositum est ab eo quod est 'pars' et 'capio pis', et construitur cum tribus casibus. Dicitur enim "Participo illius rei," et "illam rem," et "illa re."

'Abicio' ex 'ab' et 'iacio cis'.

'Ossa' positumpro 'os(t)a' nomen est montis.

'Saguntum' nomen est insulae.

'Odor' dicitur 'ἀπὸ τοῦ ὄζειν'. Vide ergo quod 'apo' idem est quod 'ab', 'tou' articulus est apud Graecos, 'ozein', 'olere'. 'Odor' ergo dicitur 'apo tou ozein', id est, 'ab hoc quod est ozein'.

†.*Zetos' interpretatur 'calor'.

'Mezentius' proprium nomen est.

P f. 13rb 'Corylus', quod dicitur a graeco 'κόρυλος', nomen est arboris.

'Lympha' dicitur a graeco 'νύμφα' et est idem quod aqua. Vide ergo quod dicit, scilicet, quod 'corylus' et 'lympha' dicuntur 'apo tou κόρυλος kai tou νύμφα'. Dictum est autem quid sit 'apo' et quid 'tou'; 'kai' vero interpretatur 'et'.

'Dinosco' compositum est ex 'dis' et 'nosco'.

'Absurdum' ex 'ab' et 'surdo'.

'Praepono', unde 'praepositus', ex 'prae' et 'pono'.

'Subiungo', unde 'subiunctivus va vum', ex 'sub' et 'iungo'.

'*Harpya' dicitur ab 'harpage' graeco, quod est 'rapio'.

'Comprehendo' ex 'con' et 'prendo dis' vel a 'praehendo', quod non est in usu.. Sed composita inveniuntur 'apprehendo' et 'reprehendo' et 'comprehendo'.

'Diphthongus' ex '*dya', quod est 'duo', et 'phthongus', quod est 'sonus'.

'Poeta' dicitur a 'poio is', quod est fingo is'.

'Diaeresis' compositum est a '*dya', quod est 'duo', et 'haeresis', quod est divisio', ut dicatur 'diaeresis' quasi 'divisio in duo'.

'Inquiro' ex 'in' et 'quaero'.

'Exquiro' ab 'ex' et 'quaero'.

'Aululariа' dicitur quasi 'ollularia' ab 'olla' quia in comoedia illa agitur de olla auro plena.

'Praedico', producta paenultima, tertiae coniugationis est et est compositum a 'prae' et 'dico cis'. 'Praedico', correpta paenultima, primae coniugationis est et est compositum a 'prae' et 'dico cas', quod est 'copulare', sicut dicit Virgilius: "Propriamque dicabo," hoc est, 'copulabo'.

'Occido', paenultima correpta, ex 'ob' et 'cado' et sunt supina 'occasum su'. 'Occido', paenultima producta, ex 'ob' et 'caedo dis' et sunt supina 'occisum su'.

'Σκηνή'(skene) interpretatur umbraculum.

'Φασιν', ut quidam dicunt, nomen est insulae, unde dicuntur 'fasiani aves' et dicuntur sic quia ab illa insula primo venerunt. Magis tamen videtur quod 'phasis' interpretatur 'positio', unde 'antiphasis' quasi 'contrapositio', quia 'anti' dicitur 'contra', licet quidam dicunt 'antiphrasis'.

'Praeuro', unde 'praeustus', ex 'prae' et 'uro' componitur.

'Dehisco' ex 'de' et 'hio as'.

'Infindo' ex 'in' et 'findo'.

'Convello', unde 'convulsus sa sum', componitur ex 'con' et 'vello'.

'Aufugio' ex 'ab' et 'fugio', mutata b in u, ne, si mutaretur in f, dubium esset an ex 'ad' an ex 'ab' fieret compositio.

'Osculum' religionis, 'basium', amoris, 'suavium', libidinis.

P f. 13va 'Includo' componitur ex 'in' et 'claudo'.

'Koilon' interpretatur 'uterus'.

'Poio is', unde 'poeta', idem est quod 'fingo gis'.

'Comos' interpretatur 'villa' et inde dicitur 'comoedia', eo quod de rebus rusticanis fiat.

'Tragos' interpretatur 'hircus', unde dicitur 'tragoedia', quia hirco solebant tragoedi remunerari in designatione foetoris vitiorum.

'Moenio nis ivi [vel 'moenii'] re', id est, 'moenia construere'.

'Difficilis' componitur ex 'dis' et 'facilis'.

'Alpheus' interpretatur 'albus' et est nomen fluvii.

'Disyllabum' componitur ex 'dis' et 'syllaba'.

'Chius a um' nomen est patrium sumptum a 'Chio' quod est nomen insulae.

'Dia' idem est quod 'dea' vel 'divina'.

'*Lichius' interpretatur 'lupinus' nam '*lichos' 'lupa cervalis' dicitur apo tou 'luendo crines', id est 'solvendo tenebras', quia tam acute videt ut ultra parietem hominem videat.

'Semivocalis' compositum nomen est ab eo quod est 'semus ma mum' et 'vocali'. 'Semivocalis' namque dicitur quasi 'sema vocalis' quia minus sonoritatis habet.

'Smirna' nomen est civitatis.

'Smaragdus' nomen est lapidis pretiosi.

'*Distingo', unde 'distinctus ta tum', componitur ex 'dis' et 'tingo'.

'Amitto' ex 'ab' et 'mitto', mutata b in m.

'Bdellium lii' genus est lapidis.

'Abdera', correpta paenultima, secundum quosdam proprium nomen est, secundum alios idem est quod falx.

'Abdomen' est pinguedo ventris.

'Mygdonides' nomen est proprium.

'Asbestus' nomen est lapidis qui postquam accensus est non extinguitur. 'Asbeston' enim interpretatur 'inextinguibilis'. 'Asbustes' proprium nomen est. Quidam tamen dicunt quod 'asbustes' interpretatur 'insepultus'. 'Asbustes' enim quasi 'sine busto' dicitur.

'*Stennio' graece, 'tristor', latine, unde '*stennius' quasi 'tristis'.

'Abodlas' proprium nomen est et barbarum.

'Glabrio' dicitur 'tineosus'.

'Triptolemus' et 'Atlas' propria nomina sunt.

'Abnuo', quod est recuso compositum est ex 'ab' et 'nuo'.

'*Cindus' et 'Cydnus' propria nomina sunt hominum.

'Ariadne' proprium nomen est mulieris.

'Gneus' praenomen fuit, unde 'Gneus Pompeius'.

'Aetna' nomen est montis.

'Therapnae' portus est in Italia.

'Siphnus' nomen est montis.

'Brennus' proprium nomen est regis.

P f. 13vb 'Drances' secundum quosdam genus est piscis, secundum alios nomen est proprium.

'*Pyragmon' componitur ex 'pyr' quod est 'ignis' et '*agmon' quod interpretatur 'incus' et dicitur '*Pyragmon' quasi 'ignea incus'. '*Pyragmon' etiam dicitur faber Iovis.

'Alcmene' proprium nomen est.

'*Dragma mae' invenitur primae declinationis et est pondus quoddam. Invenitur etiam '*dragma matis' tertiae declinationis et est 'interrogatio', unde '*dragmaticus' genus loquendi dicitur quasi 'interrogativum' quod fit per interrogationem et responsionem.

'*Admois' et 'Admetus' propria nomina sunt

'*Ithmos' proprium nomen est fluvii.

'Asclepiodotus' proprium nomen est.

'Stloppus' inflatura buccarum.

'Prohibeo componitur ex 'pro' et 'habeo'.

'Stirps' quando est masculini generis significat radicem arboris, quando vero feminini generis est, significat generationem hominis.

'Arabs bis' gentile nomen est ab Arabia dictum.

'Pelops pis' proprium nomen est.

'Caelebs bis' dicitur castus quasi 'caelestem vitam ducens', unde et componitur.

'Proclivis', unde 'proclivior', componitur ex 'pro' et 'clivo. 'Clivus' enim dicitur 'clivii'.

'Psittacus' nomen est avis.

'Pseudulus' dicitur 'falsus' . a 'pseudo', unde dicitur 'pseudoprophetae' quasi 'falsi'. 'Sedulus' sine p 'intentus' dicitur.

'Compello compuli compulsum su' componitur ex 'con' et 'pello'.

'Abusive' derivatur ab eo quod est 'abusus usus usui' quod componitur ex 'ab' et 'usu'.

'Indistanter' componitur ab 'in' et 'distanter', quod derivatur a 'disto'. Hoc autem componitur ex 'dis' et 'sto'.

'Procedo' ex 'pro' et 'cedo'.

'Consto titi' ex 'con' et 'sto stas'.

'Innumerabilis' ex 'in' et 'numerabili'.

'Etiam' dicunt esse compositum ab 'et' coniunctione et 'iam'.

'Sicut' ex 'sic' et 'ut'.

'Supradico', unde 'supradictus ta tum', ex 'supra' et 'dico'.

'Abeo' et 'adeo' et 'pereo' ab 'eo is'.

'Obicio' ex 'ob' et 'iacio' vel 'icio' [verbo.]

'Oblitus', correpta paenultima, dicitur ab 'oblino', quod componitur ex 'ob' et 'lino nis'. 'Oblitus', producta paenultima, componitur ex 'obliviscor', quod componitur ex 'ob' et 'leo les', quod non est in usu.

'Oblatus' ex 'ob' et 'latus'.

'Obruo' ex 'ob' et 'ruo'.

'Abrado' ex 'ab' et 'rado'.

'Circumeo' ex 'circum' et 'eo'.

'Elido', unde 'elisio', componitur ab 'ex' et 'laedo'.

'Perhibeo' et 'exhibeo' ex 'habeo'.

'Inhumatus' ex 'in' et 'humatus', quod est ab 'humo mas'.

'Anhelo' ex 'am' et 'halo'.

'Inhibeo' ex 'in' et 'habeo'.

'Adhuc' ex 'ad' et 'huc'.

'Abhinc' ex 'ab' et 'hinc'.

'Istic' ex 'iste' et 'hic'.

'Istac' ex 'ista' et 'hac'.

'Istuc' ab 'istud' et 'huc'. Magis tamen videtur esse derivatio.

'Obedio' componitur ex 'ob' et 'audio'.

'Intereo' ex 'inter' et 'eo'.

'Alteruter tra trum' ex 'alter' et 'uter tra trum'.

'Praetereo' ex 'praeter' et 'eo is'.

'Sabburra' est illud quo impletur navis ne vacillet.

'Sabbatum' interpretatur 'requies'.

'Gibbus' idem est quod 'struma', 'gibbosus' qui strumam habet. Dicunt tamen plures quod 'gibbus' dicitur etiam ipse gibbosus.

'Obba' nomen est vasis in quo vinum habetur.

'Subbibo' idem est quod 'parum bibo' et componitur ex 'sub' et 'bibo'.

'Obcumbo' ex 'ob' et 'cumbo as'.

'Succino' ex 'sub' et 'cano'.

'Succido' ex 'sub' et 'caedo', mutata b in c et ae in i.

'Abscondo' ex 'abs' et 'condo'.

'Abscedo' ex 'abs' et 'cedo'.

'Abscido' ex 'abs' et 'caedo'. Et vide quod invenitur 'abscindo dis', quod componitur ex 'ab' et 'scindo dis' et tunc facit praeteritum 'abscidi', correpta paenultima, unde: "Abscidit undis." Quando vero componitur a 'caedo' tunc dicitur 'abscido dis', paenultima ubique producta.

'Obscurus' componitur ex 'obs' et 'cura'.

'Obscenus' ex 'obs' et 'caenum'.

'Oggannire' vulpium est et componitur ex 'ob' et 'gannio', mutata b in g.

'Omitto' ex 'ob' et 'mitto'.

'Mulier' dicitur a 'molliendo', eo quod molliat virum.

'Alludo', unde 'allusus', componitur ex 'ad' et 'ludo dis'.

'Oppono' et 'suppono' ex 'ob' et 'sub' et 'pono nis', mutata b in p.

'Arripio' et 'surripio' ex 'ab' et 'sub' et 'rapio', mutata b in r et a in i.

'Abrogo', quod idem est quod destruo, ex '<ab>' et '<rogo>'.

'Abdo', quod est abscondo, ex 'ab' et 'do das'.

'Obdo' ex 'ob' et 'do'.

'Subdolus' ex 'sub' et 'dolo' et est mobile. Valet vero idem quod 'perfidus', quod est compositum ex 'per' et 'fide' sed 'per' ponitur ibi abnegative, sicut Priscianus dicit in indeclinabilibus.

'Obloqui' est 'contra loqui' et componitur ex 'ob' et 'loquor'.

'Abluo' ex 'ab' et 'luo'.

'Obnitor' et 'subnitor', unde 'subnixus', ab 'ob' et 'sub' et 'nitor niteris'.

'Cogo gis egi actum' componitur ex 'con' et 'ago'.

'Bacca' fructus lauri, 'bucca', 'os'.

'Soccus' genus calciamenti quo utebantur quidam poetae.

'Ecquis' ab 'en' et 'quis'; 'ecquis' enim quasi 'ecce quis' etymologia est.

f. 14rb

'Abadir', correpta paenultima, nomen est lapidis, quem secundum fabulas deglutivit Saturnus.

'Addo dis' ex 'ad' et 'do das', mutata coniugatione.

'Reddo' ex 're' et 'do das', interposita d causa euphoniae et ut esset differentia inter secundam personam huius verbi et eius quod est 'redeo dis', quod componitur ex 're' et 'eo is', interposita d.

'Benignus' quasi 'bene ignitus' sed etymologia est, non compositio.

'Accumbo' ex 'ad' et 'cubo as', mutata coniugatione et d in c.

'Aggero' ex 'ad' et 'gero'.

'Applico' ex 'ad' et 'plico as', mutata d in p.

'Appello lis puli appulsum su' ex 'ad' et 'pello lis'.

'Attingo' ex 'ad' et 'tango', mutata d in t et a in i.

'Afficio', unde 'affectus', ex 'ad' et 'facio cis'.

'Allido' ex 'ad' et 'laedo', mutata d in l et e in i.

'Assiduus', si ponatur pro eo qui assidet, derivatur ab 'assideo des', quod componitur ex 'ad' et 'sedeo'; si vero ponatur 'assiduus' pro divite, tunc simplex est sed derivatur ab

'asse', quod declinatur 'as assis' et dicunt quod idem est quod obolus, sed sine dubio nomen est cuiusdam ponderis.

'Assisto' ex 'ad' et 'sisto', mutata d in s. Et vide quod 'sisto' ponitur quandoque absolute, ut non exigat obliquum casum et tunc assumit praeteritum illud quod est 'steti', quandoque ponitur transitive ut exigat accusativum et tunc assumit illud praeteritum quod est 'statui'. Unde dicitur: "Siste gradum."

'Diffundo' ex 'dis' et 'fundo', mutata s in f.

'Angelos' graecum est quod Latini dicunt 'angelus', quod interpretatur 'nuntius'.

'Apocopa' est abscisio de fine, ut cum dicitur 'sat' pro 'satis'.

'Ulcus ceris' dicitur quod ex superabundantia humorum capitibus puerorum solet innasci ad modum apostematis. 'Vulnus' enim est quod infertur, 'ulcus', quod per se nascitur.

'Soldum' nomen est ponderis.

'Impero', unde 'imperium', ex 'in' et 'paro ras'.

'Ammon' nomen est Iovis et interpretatur 'arenosus' quia '*ammona' graece 'arena' dicitur latine.

'Concinnus' videtur derivatum a 'concinno is', quod componitur ex 'con' et 'cano nis'.

'Mancus' dicitur quasi 'carens manu' sed etymologia magis est quam compositio. | f. 14va

'Conduco' ex 'con' et 'duco'. Et vide quod ille locat qui pretium accipit, ille vero conducit qui pretium dat.

'Confiteor confessus sum' a 'con' et 'fateor'.

'Congius' mensura erat sex modios capiens, unde etiam 'congiaria' dicuntur regum beneficia.

'Corruo' ex 'con' et 'ruo'.

'Corrigo' ex 'con' et 'rego'.

'Irrigo', unde 'irriguus', ex 'in' et 'rigo gas'.

'Consero ris', unde 'consitus', ex 'con' et 'sero ris'.

'Imbuo is', unde 'imbutus', ex 'in' et 'uo uis', quod non est in usu sed inde derivata inveniuntur 'uva' et 'uvidus'.

'Compitum' non derivatur a 'competo tis' sed est compositum ex 'con' et '*pital', quod est via et dicitur 'compitum' ubi multae viae conveniunt.

'Collido' ex 'con' et 'laedo'.

'Illido' ex 'in' et 'laedo'.

'Inmunis' componitur ex 'in' et eo quod est 'munium ii', quod est officium. 'Immunis' namque dicitur quasi 'sine munio', hoc est, officio. Similiter 'communis' componitur ex 'con' et 'munium ii'.

'Appareo' ex 'ad' et 'pareo', mutata d in p.

'Hippocoon' proprium nomen loci.

'Corfinium' nomen est civitatis'. Quidam tamen volunt quod sit nomen morbi qui est iuxta cor et sit compositum ex 'corde' et 'fine' sed hoc numquam invenitur.

'Margo' proprie dicitur litus maris et videtur esse compositum ab eo quod est 'mare' et 'ago gis' et ponitur pro limbo.

'Interlino nis', unde 'interlitus ta tum', correpta paenultima, componitur ex 'inter' et 'lino linis'.

'Interlunium' ab 'inter' et 'luna' et dicitur sic spatium quod est inter crementum lunae et defectum.

'Xerxes' proprium nomen fuit regis Persarum.

'Intelligo' dicitur quasi 'intus lego' et inde videtur compositum esse sed magis est etymologia.

'Pellicio cis', correpta paenultima' componitur ex 'per' et 'licio cis', quod non est in usu, unde invenitur 'hoc litium huius tii' et est 'pellicio' idem quod 'decipio is', unde 'pellax cis' 'deceptor'.

'*Syngraphum' interpretatur 'conscriptio' et componitur ex 'syn', quod est 'simul' et '*graphos', quod est 'scriptio'.

'Lena nae' femininum est eius quod est leno nis'.

'Lanterna' dicitur a 'latendo' eo quod intus latet candela.

'Luscus' dicitur quasi 'luce carens' sed magis est etymologia quam compositio. P f. 14vb

'Cassis dis' idem est quod 'galea'.

'Cossus' secundum quosdam proprium nomen est, secundum alios quidam vermis sic dicitur.

'Cosmus' proprium nomen est. 'Cosmos' enim interpretatur 'mundus', unde dicitur 'cosmopopeia', id est, 'mundi descriptio'.

'Discutio' ex 'dis' et 'quatio'.

'Displiceo' ex 'dis' et 'placeo'.

'Distermino' ex 'dis' et 'termino nas'.

'Absterreo' ex 'abs' et 'terreo res'.

'Asporto' ex 'abs' et 'porto'. 'Asportare' enim est 'contra portare'.

'Cotta' proprium nomen est.

'Atticus' idem est quod 'Atheniensis'.

'Excurro' ab 'ex' et 'curro'.

'Expello' ab 'ex' et 'pello'.

'Exquiro' ab 'ex' et 'quaero'.

'Exsicco' ab 'ex' et 'sicco cas'.

'Exlex' dicitur quasi 'extra legem' et componitur ab 'ex' et 'lego gis'.

'Emineo' ab 'e' et 'maneo'. 'Eminere' namque est quasi 'supra manere'.

'Evehere' est quasi 'extra vehere' et componitur ab 'e' et 'veho is'.

'Gaza' ponitur pro opibus, unde 'gazophilacium' compositum ex 'gaza' et 'phylax', quod est 'servare'.

'Melanzophos' interpretatur 'nigrae tenebrae'. 'Melan' enim 'nigrum' dicitur, unde 'melancolia' dicitur 'nigra cholera'.

'*Ariobazones' proprium nomen est montis.

'Circumflecto tis', unde 'circumflexus', componitur ex 'circum' et 'flecto tis'.

Et de dictionum compositionibus vel etymologiis quantum ad orthographiam pertinet satis dictum est.

‹FERE ET PLERUMQUE›

GLK II

Sed ne in aliquo mens lectoris turbetur cur "fere" vel "plerumque" ubique ponat Priscianus in eadem orthographia determinandum est. Dicit autem in prologo suo quod Herodianus et Apollonius expurgaverunt vitia "fere" omnia antiquorum. 1,10

Sed "fere" dicit propter illam Herodiani sententiam qua dixit consonantem praepositionis debere transire ad sequentem syllabam, ut in 'abeo', et in similiter compositis, de quo Priscianus eum reprehendit. 45,6-9 45,9-21

Non enim regula simplicium servanda est in compositis sicut Herodianus putavit. Addit etiam Priscianus in eodem prologo quod omnia "fere" collegit in hoc suo opere quae in aliorum commentariis invenerat. "Fere" dicit quia non nisi quae cognovit necessaria collegit. Additio 2,5-6

Quod vero ait antiquos plerumque in ceratis tabulis scribere solitos, "plerumque" dicit quia nec semper scribebant, nec semper in tabulis. 6,13-14

Dicit etiam quod ubi hodie scribimus f solebant antiqui scribere 'ph', ita, scilicet, quod 'ph' eundum "prope sonum habebat quem habet modo f. "Prope" dicit quia 'ph' magis fixis labris pronuntiatur in syllaba quam f. 11,6

Illud quoque ait quod tantum fere est inter vocales et consonantes quantum inter animas et corpora. "Fere" dicit quia corpora possunt esse praeter animas, consonantes vero sine vocalibus minime, vel ideo "fere" quia alterum illorum corporale est, alterum incorporale. Horum autem utrumque incorporale est. 13,22-23

Addit etiam quod u plerumque pro simplici habemus. "Plerumque" dicit quia quidam putaverunt quod quandoque pro 15,11

duplici, sicut superius monstratum est.

Dicit iterum quod pleraeque interiectiones communes sunt omnium gentium naturaliter. "Pleraeque" dicit propter repertas ad placitum, ut 'proh dolor' et huiusmodi. 20,7-8

Ait etiam quod vocales omnes quae correptae sunt in praesenti plerumque producuntur in praeterito. "Plerumque" dicit propter 'bibo bibi' quod ubique corripitur. 22,3

Illud quoque videndum est quod u et o positae in principalibus syllabis manent immutabiles temporum in quibusdam, quod determinat propter 'pono posui'. Prima enim syllaba producta est in praesenti sed corripitur in praeterito. 22,17-18

Dicit iterum quod s posita ante mutam amittit vim suam plerumque. "Plerumque" ait quia non amittit ubique sicut ibi: "saepe stillantis ocelli." 23,4-5

Addit quoque quod in omnibus paene litteris fiunt mutationes non solum per casus, sed etiam per tempora. "Paene" dicit propter p quod non mutatur. 25,4-5

Illud etiam addit quod pleraque nomina quae cum verbis sive participiis componuntur vel nominativi vel genitivi extremam syllabam mutant in i correptam. "Pleraque" dicit propter 'anceps' et 'menceps' et cetera huiusmodi. 25,24-26; 29,19; 26,13

Addit quoque quod pleraque quae apud Graecos nominativum in os terminant convertunt o in u apud nos, ut 'Cyros', 'Cyrus'. "Pleraque" dicit propter 'Meleagros' et 'Alexandros'. Non enim in his mutamus o in u sed in e. 26,23-24

Dicimus enim 'Meleager' et 'Alexander'. 28,10

Illud etiam addit quod u plerumque amittit vim litterae inter g et aliam vocalem, ut 'sanguis'. "Plerumque" dicit propter 'exiguus' et 'arguo', quia in his non amittit u vim litterae.

Dicit iterum quod m transit in n et maxime d vel c vel t vel q sequentibus. "Maxime" dicit propter 'anfractus' ubi m transit in n sequente f. 29,16-17 29,26

Adiungit etiam quod m finalis dictionis subtrahitur in metro plerumque, si sequens dictio a vocali incipiat. "Plerumque" dicit propter Ennium qui non subtraxit dicens: 29,22-30 30,4-5

Insignita fere tum milia militum octo.

Ecce ultima m eius dictionis quae est "militum" non subtrahitur hic.

Ait rursus quod in graecis nominibus 'as' vel 'es' terminantibus plerumque tollitur apud Latinos s. "Plerumque" dicit propter 'Andreas' et 'Aeneas', quia in his habemus s, et nos et Graeci. 32,8

Dicit iterum quod nos plerumque mutamus 'ei' in e productam. "Plerumque" dicit quia quandoque mutamus in i longam. Graeci enim dicunt 'Neilos' et nos 'Nilus'. 40,12-15

Addit quoque quod omnes mutae omnibus semivocalibus paene praeponuntur. "Paene" dicit propter f quod non praeponitur ad n vel ad q. 41,24 42,14-15

Illud iterum dicit quod syllabae quae ex pluribus 44,8-10

litteris constant paene innumerabiles sunt. "Paene" dicit quia sub aliquem numerum cadunt, sed propter nimiam multitudinem nobis est ignotum. Pr. II 14 GLK II

Addit quoque quod b, sequente c, in compositis solet plerumque in eam mutari. "Plerumque" dicit propter 'subcinericius' ubi non mutatur in c. 46,9-10

Illud etiam dicit quod in plerisque compositis desinit antecedens syllaba in d ita quod sequens incipit a d, ut 'reddo'. "Plerumque" tamen dicit propter 'adeo', 'adoro', 'adicio', et huiusmodi. 47,8-9 Additio

Ait quoque quod n mutatur in r paene ubicumque 'cum' praepositio ante dictionem componitur incipientem ab r. "Paene" dicit propter †'conrigo gas' et propter 'conrideo' in quibus n non mutatur in r. Et de his quae ad orthographiam pertinent, hucusque dixisse sufficiat. 49,14-17

Postquam egit Priscianus de duabus primis partibus grammaticae artis, id est, de littera et de syllaba, tractat tertio loco de tertia parte, id est, de dictione et merito post syllabam, eo quod posterior est natura cum ex syllabis dictio constet. Pr. II 14 ff. GLK II

Tractat autem hoc ordine. Primo enim describit dictionem, deinde dividit eam per partes orationis quasi numerum partium orationis ostendendo. Postea vero unamquamque partium orationis describit. Enumerat etiam accidentia cuique parti et illa exequitur usque in finem. Ad ultimum vero ostendit quae dictio cui dictioni debeat coniungi et quomodo ad perfectam constructionem faciendam, quod est de oratione, ut nobis videtur, tractare, ut loco suo demonstrabitur. 53,8-54,4 54,4-56,27 56,28-105,14 Quo ordine agat de dictione (III)107,22-377,18

Dictio ergo est pars orationis minima constructae, id est, in ordinem positae. "Pars orationis" dicitur quia voce et sensu constituit orationem. Per hoc quod dicitur "pars orationis" removentur litterae et syllabae, quarum nulla sensu orationem constituit, licet voce. Quantum enim ad vocem pertinet, litterae et syllabae partes sunt huius vocis totius quae est "Homo currit." Sed quia una oratio quandoque pars alterius est orationis, idcirco ad eius differentiam addit "minima." Nulla enim vox significativa minor est dictione sed dictio minor est oratione. Quoniam vero una sola dictio quandoque dicitur oratio, ne dictio talis pars orationis videretur esse, additur "constructae." 53,8-9 Descriptio dictionis

Quod autem una dictio quandoque dicatur oratio habemus ex eo quod dicit Priscianus: "Quid est summum bonum in vita?" "Honestas." "Bona oratione respondit." Ecce hanc 54,2-4

dictionem quae est "honestas" appellavit orationem, eo quod sensum orationis ex ea intelligimus.

Et quia rursus quaedam oratio vitiose construitur idcirco addit "in ordinem" per quod removet vitiosam constructionem.

Opponitur quod quicquid est pars partis est pars totius. Sed syllaba est pars dictionis et dictio est pars orationis. Ergo syllaba est pars orationis. Quod non sequitur quia pars orationis non est nisi quae sensu et voce orationem constituit. Sed nec illa regula cogit nos ad hoc sed potius tota vis illationis facienda est in relatione partis et totius. Et syllaba est pars dictionis et haec orationis. Non inde sequitur quod syllaba sit pars orationis, sed huius totius quod est oratio; non tamen orationis, quia haec iunctura verborum quae est pars orationis exigeret ut esset pars orationis voce et sensu, ut dictum est, Potest tamen satis concedi quod syllaba sit pars orationis, sed non principalis, immo, secundaria. Pars enim dicitur secundaria pars partis. Oppositio

Illud quoque videndum est quod antiqui de oratione dixerunt, quod vocum, scilicet, alia dicitur oratio propter sensum, non propter quantitatem, ut 'lego' et similia, alia vero dicitur oratio et propter sensum et propter quantitatem, ut ea quae constat ex dictionibus simul coniunctis cuiusmodi est haec oratio: "Homo currit." Et haec dicitur oratio constructa. Illud quoque dixerunt, quod non quaelibet dictionum coniunctio dici debet oratio, sed illa tantum quae aliquam inhaerentiam, id est, rerum coniunctionem significat, quoniam 'in domo' licet sit dictionum coniunctio, quia tamen Sententia antiquorum de oratione

f. 15vb

nullam rerum inhaerentiam significat, ideo non est oratio. Pr. II 14 ff. GLK II
Sed 'homo albus' quamvis sit inperfecta oratio quia tamen
consignificat quandam accidentis et substantiae coniunctionem
debet oratio appellari. Dixerunt itaque quod propter sensum
solummodo, dicitur vox quandoque oratio, ut "Lego," sed propter
solam quantitatem nulla vox oratio dicitur.

Illud quoque sciendum est, quod communis causa inventionis
omnium dictionum est ut haberet homo quomodo propriam voluntatem
alteri manifestaret. Propriam vero causam inventionis cuiusque par-
tis orationis eisque accidentium tractando de singulis demonstrabimus.

Et vide quid significet 'examussim', quod Priscianus 53,25
ponit in eodem tractatu. 'Amussis' proprie dicitur plumbatum Examussim
quod caementarii demittunt a summo usque deorsum ad perpenden-
dam aequalitatem maceriae -- unde idem plumbatum ap. llatur
alio nomine 'perpendiculum', a 'perpendendo' sic dictum--
et est compositum 'amusso' ex 'a' et 'musso sas',
quod est 'dubito'. Unde dicitur 'amussis', eo quod caemen-
tarium reddit certum, et inde componitur adverbium 'examussim', Examussim
id est, valde sine dubitatione, quia praepositio aut mutat sensum (III) 35,5
aut complet aut minuit. Mutat, ut 'impius', complet, ut 'perficio', (III) 35,23
minuit, ut 'subtristis', id est, qui parum tristis est. (III) 38,10 (III) 54,20

Post haec quia describendo dictionem fecerat mentionem Descriptio
de oratione, ne ignotum per ignotius videretur descripsisse, orationis
ostendit quid sit oratio.

Dicit itaque quod oratio est "ordinatio dictionum 53,28-29
congruam perfectamque sententiam demonstrans." Et dicunt
plures quod oratio hic stricte accipitur, scilicet, pro

oratione perfecta, secundum quod ita exponenda est descriptio: Pr.II 15-17 GLK II "Oratio est 'ordinatio dictionum'," id est, constans ex dictionibus ordinatis, per quod removentur litterae vel syllabae. Sed quia hoc totum habet haec vox 'in domo', additur "demonstrans sententiam." Et quia hoc totum habet imperfecta oratio, adiungitur, "congruam et perfectam," id est, per fectum significansintellectum. Vel fortasse per hoc quod dicit "congruam" removetur vitiosa constructio. Secundum hanc ergo sententiam sic intelliges quod ait Priscianus, hanc esse definitionem orationis generalis, id est, perfectae, quae dividitur in species ad modum generis, ad differentiam, scilicet, orationis imperfectae, quae per species non invenitur dividi.

P f. 16ra

Sunt tamen qui dicunt quod Priscianus describit generaliter orationem, ut descriptio conveniat tam perfectae orationi quam imperfectae. Horum itaque expositio differt a praecedente in hoc quod ait "demonstrans sententiam congruam et perfectam," id est, aliquorum inhaerentiam et coniunctionem, quod bene convenit imperfectae orationi, secundum quod sic expones quod ait hanc esse definitionem orationis generalis, id est, huius generis quod est oratio.

Et vide quod istae voces 'in domo' et 'non homo' dicuntur esse inter dictionem et orationem cum sint neutrum, quia minores sunt oratione, maiores vero dictione.

Post hanc vero interpositam orationis descriptionem revertitur Priscianus ad dictionem, de qua principaliter intendit. Sed quia de numero partium orationis erat dissensio, 54,5-55,3 ponit inde diversas diversorum sententias, deinde suam, et eam

rationibus confirmat. Ad cuius rei evidentiam primo quid pars orationis sit dicendum est. GLK II

Pars orationis ut ipse Priscianus dicit in tractatu participii est "vox indicans mentis conceptum." Sed antequam pars descriptionem exponamus diversas de parte orationis sententias ponere necessarium duximus. 552, 2 Quid sit

Dicunt ergo quam plures quod nulla dictio est pars orationis, sed plurium dictionum simul collectio. Hi vero sic describunt: "Pars orationis est collectio dictionum in eadem definitione et eisdem accidentibus convenientium," ut omnia nomina conveniant in descriptione nominis et in accidentibus, cum habeant genera et casus et cetera huiusmodi. Et sic omnium nominum simul collectio est illa pars orationis quae est nomen, ita, scilicet, quod nullum nomen est illa pars secundum quod hoc nomen 'homo' non est pars orationis sed de parte. Opinione(3) aliorum de parte

Contra quod tamen videtur Priscianus esse cum describat dictionem hoc modo: "Dictio est pars orationis, etc." Ecce quod dictionem dixit esse partem orationis, quod superior sententia non habet. Sed qui tenent eam solvunt hoc dicentes illud esse dictum de parte integrali. Cum enim dicit Priscianus quod dictio est pars orationis pars integralis intelligitur, non quod dictio aliqua sit haec pars orationis nomen vel alia. 2 r. 16rb

Sed contra iterum videtur esse plane Priscianus cum dicat quod "pars orationis est vox indicans mentis conceptum."

Si enim haec est sufficiens descriptio, ergo, quia haec dictio 'homo' est vox talis, et ipsa est aliqua pars orationis, id est, vel haec pars orationis nomen vel haec verbum vel alia. Ipsi tamen solvunt hoc dicentes quod vox dicitur ibi quasi vocum collectio.

Alii vero aliter sentiunt de partibus orationis. Dicunt enim quod hoc ipsum, scilicet, pars orationis aequivocum est ad dictionem et ad collectionem vocum praedictam. Cum ergo dicit Priscianus in tractatu participii quod pars orationis est "vox indicans mentis conceptum," ibi partes orationis appellat dictiones. Hic vero ubi ostendit numerum partium orationis, ut postea demonstrabitur, appellat partes orationis praedictas vocum collectiones et est ibi secundum eos pars orationis nomen collectivum.

Opinio magistri

Nos vero dicimus quod omnis dictio est pars orationis, sed ita quod hoc ipsum, scilicet, pars orationis est complexivum. Quid autem complexivum sit nomen, superius cum de littera ageretur dictum est et quid etiam interesset inter complexivum nomen et collectivum. Dictum est itaque quod complexivum nomen est quod singulariter, id est, cum additione articularis pronominis prolatum, multis convenit, ita quod unicuique illorum per se et omnibus simul. Hoc igitur ipsum quod est pars orationis complexivum nomen est quia hoc nomen 'homo' est pars orationis, id est, nomen, et hoc nomen 'Socrates' vel 'magister' est haec eadem pars et sic unumquodque nomen acceptum per se potest veraciter dici eadem pars, ita, scilicet, quod omnia nomina simul accepta sunt haec pars orationis nomen et unum-

quodque illorum acceptum per se veraciter potest dici illa eadem pars.

Sed dicet aliquis: "Dictiones infinitae sunt. Sed una- Opinio
quaeque dictio est pars orationis. Ergo infinitae sunt partes orationis." Quod non provenit cum multae et infinitae dictiones sint una et eadem pars orationis, ita, scilicet, quod una-quaeque illarum per se accepta est illa pars.

Scis quare omnia nomina dicantur esse una et eadem pars orationis, ita quod unumquodque illorum est illa pars? Ideo quia haec pars orationis distinguitur ab aliis secundum suum modum significandi. Hic enim modus significandi, qui est significare substantiam cum qualitate, facit quod nomen sit et dicatur una pars orationis. Quoniam ergo ex illo
P f. 16va modo|significandi, sicut paulo postea latius demonstrabitur, habet nomen esse una pars orationis--omnia vero nomina habent illum modum significandi ita quod unumquodque illorum per se acceptum--inde est quod unumquodque nomen est illa pars orationis.

Vide ergo quod appellativum nomen est haec pars orationis nomen et proprium nomen est eadem pars. Non tamen ideo proprium nomen est appellativum, neque propter hoc proprium nomen et appellativum sunt idem, licet sint eadem pars orationis. Esse namque eandem partem orationis non est idem esse, sed potius eundem modum significandi habere. Secundum hoc ergo exponenda est descriptio illa: "Pars orationis est vox indicans mentis conceptum," id est, vox reperta ad significandum aliquid, vel consignificandum. Expositio descriptionis suprapositae

Et ut ea quae ad diversas sententias de numero partium Divisio partium orationis secundum dialecticos

attinent expediamus, duae partes orationis tantum sunt secundum Dialecticos, scilicet, nomen et verbum. Et dicunt plures quod Dialectici ita large accipiunt nomen ut pronomina etiam et adverbia contineat. Verbum quoque sic accipiunt large ut contineat participia. Et idcirco dicit Priscianus sola nomina et verba secundum Dialecticos significare, alias autem cuiusmodi sunt praepositiones et coniunctiones consignificare, quia per se prolatae nullum intellectum constituunt sed aliis adiunctae. Has ergo non dicunt Dialectici partes orationis esse sed colligamenta partium, eo quod coniungunt dictiones inter se. Pr.II 15 GLK II 54,5-6 54,5-7

Quod dialectici non dicunt partem orationis nisi quae absolute pars est

Nobis tamen melius dici posse videtur quia Dialectici semper absoluta in arte logica ponunt principia. Cum ergo dicunt duas tantum esse partes orationis, scilicet, nomen et verbum, tunc absolute accipitur pars orationis. Illae vero absolute dicuntur esse partes orationis quae primo repertae sunt ut ex eis fiat oratio et quae per se orationem complent, ita etiam quod ceterae repertae sunt propter eas, cuiusmodi constat esse nomen et verbum. Ceterae vero, ut pronomen, adverbium, coniunctio, praepositio, partes quidem orationis dicuntur esse, sed non absolute. Non enim per se complent orationem nec propter hoc repertae sunt sed propter nomen et verbum. Quoniam tamen in contextu orationis ponuntur et ibi significant aliquid vel consignificant, ideo partes orationis dicuntur esse, sed non absolute, sicut dictum est.

Dicimus igitur quod non sunt nisi duae partes orationis, scilicet, nomen et verbum, sed hoc absolute dicitur. Concedimus

tamen quod septem sunt partes orationis secundum grammaticos, non tamen ideo septem simpliciter. Vel etiam concedatur quod non sunt nisi duae partes orationis, nomen et verbum. Pr.II 15-16 GLK II

Concedatur etiam quod praepositio est pars orationis, "Ergo praepositio est nomen vel verbum" non provenit. Hoc autem ideo est quod in propositione prima pars orationis absolute accipitur, ut exposuimus. In assumptione vero accipitur pars orationis non absolute. Ideoque non provenit conclusio.

Et vide quod Priscianus dicit quod Graeci alias partes a nomine et verbo appellant syncategoremata, id est, consignificantia. Et est compositum nomen ex 'syn', quod idem est apud Graecos quod apud nos 'simul, et 'categoria', quod 'praedicatio' interpretatur vel 'consignificatio'. 54,7

Adiungit postea Priscianus quod secundum Stoicos quinque sunt partes orationis, scilicet, nomen, appellatio, verbum, pronomen sive articulus, coniunctio. (Et vide quod nomen appellabant solummodo proprium nomen et hoc dicebant esse unam partem orationis; appellativum vero nomen, quod dixerunt appellationem, dicebant esse aliam partem orationis.) 54,8-9 Divisio partium orationis secundum Stoicos

Participium namque dicebant contineri sub verbo et eandem partem esse, appellantes illud verbum participiale vel casuale. 54,9-10

Articulum quoque et pronomen eandem partem esse dicebant. 54,12-13

Sed quidam appellabant illam partem articulum et quae vere sunt pronomina appellabant finitos articulos, eo quod ex demonstratione vel relatione finite significant; 54,11-13

quae vere sunt articuli apud eos dicebant articulos infinitos, eo quod non significant demonstrationem sed infinitam quodammodo faciunt relationem, quod patebit paulo post cum de articulo latius tractabimus. Fuerunt tamen quidam eorum qui illam partem dicerent pronomen, illos vero qui vere sunt articuli apud eos articularia pronomina vocantes. Praepositionem quoque ponebant sub coniunctionem dicentes esse eandem partem orationis, ita, scilicet, quod praepositionem dicebant praepositam coniunctionem. Pr. II 16 GLK II 54,13-14 54,14-16 (III) 124, 54,2-22

Sed quoniam Priscianus facit mentionem de articulo ut ostendat quod ea quae apud nos videntur esse articuli nullo prorsus modo sunt articuli, ideo dicendum est nobis quid est articulus et quare sic dicatur, deinde, quare quidam articuli praepositivi dicuntur et quare subiunctivi, ad ultimum, quae dictiones videntur esse articuli apud nos et quare non sunt articuli. De Articulo 54,15-16

Articulus ergo apud Graecos pars orationis est quae "secundam notitiam suppositorum demonstrat," id est quae consignificat de quo praecesserit sermo vel cognitio. Nihil enim apud Graecos articulus significat sed solam consignificat relationem. Omnis enim apud Graecos articulus relativus est; semper enim in constructione relative ponitur. (III) 124, 14 Quid sit articulus 581,18-19

Articulus autem sumitur a verbo 'articulo las', quod diminutivum est ab 'arto tas'. 'Articulare' vero idem est quod copulare. Inde dicitur 'articulus', eo quod refertur et per relationem praecedenti dictioni quodammodo copulatur, immo et orationem Unde dicatur articulus

P r. 17ra

copulat orationi per relationem.

Dicunt etiam plures quod quia articuli dicuntur minimi artus in compositione corporis, ideo per similitudinem quandam apud Graecos quaedam pars orationis dicitur articulus quia minima est omnium aliarum partium, vel quoniam pauci sunt apud Graecos articuli, vel quia monosyllabi sunt, vel ex paucis litteris constant- 'ὁ' namque et 'ὅς' sunt articuli- vel quia ad articulos omnes nexu‹s› conveniunt in corpore et coniunguntur. Pr.II 16 GLK II

Articuli vero alii praepositivi sunt, alii subiunctivi. Cum autem articulus omnis sit relativus, quidam tamen articuli ex officio quodam dicuntur praepositivi, eo, scilicet, quod in declinatione praeponuntur nominibus ad discernenda genera et casus sicut 'hic' et 'haec' et 'hoc' apud nos, nec ibi significant relationem sed solam generum et casuum discretionem, licet idem articuli in constructionibus relative ponantur. Subiunctivi vero apud Graecos dicuntur articuli quibus semper relative, ideoque subiunctive, utuntur. Et 'ὁ' quidem praepositivus est articulus, 'ὅς' vero subiunctivus. Vel certe ideo quidam articuli praepositivi dicuntur quoniam, licet omnis articulus, eo quod relativus est in constructione, semper ponitur subiunctive, tamen quidam articulus est qui primam facit relationem et secundam cognitionem, ut 'ὁ', alius vero est qui facit secundam relationem, et tertiam cognitionem, ut 'ὅς', sicut enim apud nos dicitur: "Virgilius scripsit Bucolica, is Georgica, idem Aeneida" et "is" facit primam relationem, "idem" secundam. Ita quoque et Graecus diceret: "Virgilius scripsit

Divisio articulorum 54,16-19 (III) 124, 20-125,12
Quid sit prepositivus articulus (III) 124, 16-18; 125,9-14 578,21-23
54,16-19 (III) 124, 22-125,1
Quid subiunctivus
Alia sen- de sub- iunctivo et prae- positivo articulo

Bucolica, ὁ Virgilius, Georgica, ὁς Aeneida. Ita 'ὁ' primam relationem faceret, 'ὅς' vero secundam. Quoniam ergo articulus primae relationis praeponitur etiam in constructione articulo relationis secundae ideo appellatur praepositivus articulus. Quoniam vero praepositivo subiungitur, subiunctivus appellatus est. Est ergo 'ὁ' praepositivus articulus, nec tamen est praepositiva dictio, immo subiunctiva, quoniam refertur. Sed dicitur praepositivus articulus respectu alterius articuli cui praeponitur sicut subiunctivus articulus respectu illius cui subiungitur. Pr.II 16 GLK II

Quoniam vero 'hic' et 'haec' et 'hoc' praeponuntur in declinatione ad discernenda genera et casus sicut quidam articuli apud Graecos, inde videntur esse articuli sed non sunt. Omnis enim articulus relative ponitur in constructione et numquam demonstrative. 'Hic' vero et 'haec' et 'hoc' demonstrative semper construuntur, numquam relative. Praeterea articulus solam relationem consignificat. 'Hic' vero et 'haec' et 'hoc' in constructione posita substantiam significant. Non ergo sunt articuli sed pronomina. Sed quoniam in declinatione vicem articuli obtinent, inde articularia pronomina dicuntur. 577,18-19 (III) 124, 16-18 Quod hic et haec et hoc non sunt articuli

'Idem' etiam articulus facile posset videri quoniam idem valet quod 'ὁ αὐτός' apud Graecos quod est compositum ex 'ὁ' praepositivo articulo et 'αὐτός' pronomine. Quoniam ergo 'ὁ αὐτός' interpretatur 'idem', ex ipsa interpretatione posset ‹idem› facile videri praepositivus articulus praesertim cum relative ponatur sicut et ipse articulus. Sed (III) 125 3-9 cf.54,14-19 Quod ‹idem› non est articulus

54,14-16

quoniam non solum pro articulo ponitur sed pro composito ex articulo et pronomine, tum etiam quia substantiam significat, quod articulus 'ὁ' facere non potest, idcirco non est articulus. Pr.II 16-17 GLK II (III) 124, 19-22

'⟨Qui⟩' quoque tantum valet quantum 'ὅστις', quod componitur ex 'τίς' et 'ὅς', subiunctivo articulo. Unde ex ipsa interpretatione videtur '⟨qui⟩' articulus esse praesertim cum ponatur relative. Sed quoniam non solum pro articulo subiunctivo ponitur sed etiam pro composito ex eo et nomine infinito 'τίς', ideo non est articulus, praesertim cum substantiam significat in constructione, quod articulus non habet facere. Et de articulis dictum sit hucusque. 54,16-19

Ut autem prodeat ratio, quidam dixerunt novem partes orationis esse, separantes appellationem, id est, nomen appellativum a nomine quod dicebant esse proprium nomen, ut proprium nomen dicerent esse unam partem, appellativum aliam, reliquas septem verbum, participium, pronomen, articulum adverbium, praepositionem, coniunctionem. Interiectionem namque inter partes orationis non connumerabant. 54,22-23 Aliae opiniones de numero partium

Alii quoque Stoici dicebant partes orationis esse decem, verbum, scilicet, infinitum unam partem esse dicentes, cetera verba aliam, ut ita numerarent: proprium nomen, appellatio, verbum quod non est finitum, verbum finitum, participium, pronomen, articulus, adverbium, praepositio, coniunctio. 54,24-25 p f. 17va

Alii vero dixerunt partes orationis esse undecim de pronomine quod superius pro parte una posuimus duas etiam facientes. Unam enim partem dicebant esse pronomina quae non 54,25-26

possunt articulis adiungi, ut 'hic' et 'haec' et 'hoc'. Cetera vero pronomina aliam partem esse dicebant. Pr.II 17

Alii etiam fecerunt duodecim partes orationis de nomine, de quo duas partes fecerunt ceteri, tres facientes. Dicebant enim quod proprium nomen erat una pars, appellativum nomen corporale, altera, nomen incorporale, hoc est, rerum incorporearum, quod appellabant vocabulum, tertia. 54,25-55,3

Alii quoque dixerunt tredecim esse orationis partes, duodecim partibus aliorum quas distinximus addentes interiectionem quasi unam partem per se, quamquam Stoici sub adverbio posuerunt. Et tot equidem de numero partium orationis fuerunt sententiae.

Ut vero hanc litem Priscianus dirimeret, distinguit diversos significandi modos quos habent vocabula et iuxta quos distinctae sunt partes orationis. Dicit ergo primo quod "proprium est nominis significare substantiam et qualitatem." Merito autem inchoat a nomine quia ipsum prius est natura ceteris eo quod substantiam significat. Nos ergo primo quae sit causa inventionis nominum demonstrabimus, deinde quid est quod ait substantiam et qualitatem significare, ad ultimum, quid nomina habent nominare. 55,4-5

Proprium nominis 55,6 (III) 116, 5 cf. 83, 17-22

Causa inventionis est haec: in omni perfecta oratione dicitur aliquid et de aliquo. Fuit igitur repertum nomen ad discernendum de quo est sermo, verbum vero ad discernendum quid dicitur de eo.

Quae causa inventionis nominis

Et ut de significatione dicamus dicunt quidam quod

Opinio quorundam de significatione nom.

omne nomen significat substantiam et qualitatem volentes hoc ex Prisciani auctoritate habere qui dicit quod nominis est proprium significare substantiam et qualitatem. Sed opponitur contra illud Aristotelis. "Singulum," enim inquit, loquens de nominibus, "aut significat substantiam, ut 'homo', aut qualitatem, ut 'albus', etc." Si ergo vellet quod omne nomen significaret substantiam et qualitatem, non posuisset quasi opposita membra in eadem divisione significare substantiam et significare qualitatem. Quod tamen solvunt dicentes Aristotelem intellexisse ibi substantiam illud primum genus rerum quod per se existit. Cum vero dicunt quod omne nomen significat substantiam et qualitatem, sic intelligunt quod omne nomen, scilicet, significat substantiam, hoc est, rem quamcumque ut substantem, id est, ut suscipientem formam et praeter hoc, qualitatem, id est, formam quae rem ipsam facit esse, ut 'homo' hoc nomen significat rem quae est homo pro substantia et humanitatem pro forma. Hoc nomen rursus 'albedo' significat rem pro substantia quae est albedo et facere album, sive 'albedinitatem', ut fingam vocabulum, pro forma. Et hoc idem de ceteris nominibus dicunt.

Pr.II 18
GLK II
55,6

Opinio

f. 17vb

Hoc autem est illud quod plerique dicunt, scilicet, quod omne nomen significat id quod est, et id quo est; 'homo' hoc nomen significat id quod est, id est, rem quae est homo et id quo est, id est, humanitatem qua est homo, quoniam homo ab humanitate est homo.

Opponitur illis de his nominibus, scilicet, 'quis',

Opinio

'omnis', 'nullus', 'nihil', quam, scilicet, substantiam et qualitatem significant. Dicunt ergo quidam eorum quod 'quis' et 'omnis' et 'nullus' ex diversis adiunctis diversas substantias significant et qualitates diversas, ut si dicatur 'omnis homo' hic 'omnis' significat eandem substantiam et qualitatem quam 'homo' et sic de ceteris. Dixerunt tamen plerique eorum quod 'omnis' et 'nullus' significant omnem rem pro substantia, ut dictum est, collectionem et distributionem pro qualitate. Haec enim nomina quandoque collective significant, quandoque distributive. 'Quis' vero secundum istos pro forma significat infinitatem, eo quod infinite significat. Quidam tamen nimis ridiculose dixerunt quod 'omnis' significat formam quae debet dici 'omnitas', fingentes nomen ad similitudinem eius quod est humanitas. De hoc autem nomine quod est 'nihil' dixerunt quod significat rem quae non est pro substantia, 'nihilitatem' pro forma.

Alia opinio

Alii vero aliter sentiunt de significatione vocabulorum. Dicunt enim quod nomina vel significant substantiam, ut 'homo', et huiusmodi alia, vel significant ea quae insunt substantiis, ut 'albedo', et similia vel quaedam animi figmenta, ut 'hircocervus' et 'Chimaera', vel significant modos loquendi de rebus, ut 'omnis' et similia quae Dialectici vocant 'signa'. Sed quae significant substantiam ita eam significant quod qualitatem circa eam determinant vel communem, ut hoc nomen 'homo' rationalitatem et mortalitatem circa substantiam determinat, vel propriam, ut hoc nomen

'Socrates' vel 'Plato', qualitatem cuius nominis ficto nomine appellat Boethius in commento 'Platonitatem'. Nec sequitur quod si nomina substantiarum significant substantiam et qualitatem illius quod iccirco | duo significent vel quod sint aequivoca. Illa vero quae significant ea quae insunt substantiis, vel solam qualitatem significant, ut 'albedo', vel solam quantitatem vel aliquid aliorum accidentium.

P f. 18ra

Vide ergo quod nomina quae significant substantias, aliud significant et aliud nominant, quoniam hoc nomen 'homo' singulos homines nominat sed universale quiddam significat. Quae vero nomina significant ea quae insunt substantiis, aut significant ea in sua essentia, ut 'albedo' et haec nominant accidentia, aut significant ea in adiacentia, ut 'albus', et haec nominant substantias in quibus sunt accidentia. Quae vero nomina figmenta animi significant nec substantiam significant nec qualitatem sed figmentum animi et significant et nominant. Illa quoque nomina quae modos loquendi significant, nec substantiam significant nec qualitatem nec aliquid nominant. Est ergo istorum sententia quod non omne nomen significat substantiam et qualitatem sed sola nomina substantiarum hoc habent, sicut demonstratum est.

Opinio

Sed opponitur eis de nominibus vocum quid habeant significare cuius modi sunt haec nomina: 'nomen' et 'verbum' et similia. Sed qui hanc sententiam tenent dicunt voces esse aera, ideoque corpus et substantiam. Dicunt itaque quod ista vox 'nomen' significat substantiam, scilicet, nomen et

qualitatem quae est per casus inflexio.

Opponitur iterum illis de illis nominibus universalium quae sunt 'genus', 'species' et similia. Sed dicunt quod haec nomina primum reperta fuerunt ad nominandas substantias et significandas communes earum qualitates, ut hoc nomen 'genus' primo significavit substantiam et hanc qualitatem eius, scilicet, principium generationis, sed inde translatum est ad nominandum universale et ad significandum talem eius qualitatem, scilicet, praedicabilitatem de pluribus differentibus specie in eo quod quid est. Opinio

Et quia de illis quae vocabula nominant mentio facta est dicendum est quod vocabula quandoque se ipsa nominant, ut cum dicitur: "Homo est nomen." Hic enim de homine non loquimur sed potius de hoc nomine 'homo'. Et hoc appellabant antiqui "materiale impositum," quod quid sit ut intelligas, materiale impositum est vox repraesentans seipsam, id est, posita ad loquendum de seipsa et dicitur materiale impositum quia nomen, si ita contingit, repraesentat materiam suam, id est, vocem quae quasi materia praeiacet ut inde fiat nomen. Ex voce namque fit nomen per impositionem; quod inde videri potest quia 'blictrix' vox est et tamen nondum nomen est, sed si alicui rei imponatur nomen erit. Dicunt enim qui tenent hanc sententiam quod non omne nomen significat substantiam et qualitatem. Quid sit materiale impositum

P f. 18rb

Sed rursus opponitur illis quod Priscianus debuit talem proprietatem nominis assignare quae divideret illud ab omnibus Opinio

partibus orationis--quod ipsi negant--sed talem quae ostenderet nec illos bene divisisse qui diviserunt nomen in tres partes, scilicet, in proprium nomen et appellationem et vocabulum, nec eos bene coniunxisse qui nomini coniunxerunt pronomen et adverbium quasi pro una parte cum nomine reputantes--ad quod demonstrandum sufficit illud proprium, licet non conveniat omni nomini.

Alia opinio

Sunt vero qui aliam rursus de significatione nominis tenent sententiam, qui tamen asserunt quod omne nomen significat substantiam cum qualitate, non quod tamen omne nomen habeat id quod est substantia significare. Dicunt ergo quod nomina primo propter substantias reperta sunt. Qui enim nomina primo imposuit, ad loquendum de substantiis ea invenit. Illa itaque nomina substantiam significant et qualitatem, hoc est, id quod est substantia in natura communi vel propria. Hoc enim est nomina qualitatem significare, iuxta illud Donati: "Qualitas nominum in quo est? Bipertita est. Aut enim unius nomen est et proprium dicitur aut multorum commune est et appellativum" dicitur. Nihil ergo aliud est qualitas significationis nominum nisi quod communiter significant vel proprie, id est, in communi natura vel propria et hoc quidem dictum est secundum ea nomina quae primo reperta sunt et, ut dictum est, propter substantias. Sed dilatata est locutio postea, ita, scilicet, ut non solum de substantiis, verum etiam de ceteris rebus vellent homines loqui. Imposuerunt itaque accidentibus nomina quibus de illis agerent sed positio eorum

secuta est positionem nominum prius propter substantias repertorum. Data sunt itaque nomina accidentibus, sed ita, ut quamvis significarent accidentia illa, tamen modo substantiae significarent et in natura communi vel propria vel ut in natura communi vel propria.

Quid sit modo substantiae significare

Scis quid est modo substantiae significare? Significare aliquid sine tempore et in casuali inflexione communiter vel proprie vel quasi communiter vel proprie. Significare vero large accipimus, ita ut etiam contineat id quod dicimus consignificare. 'Omnis' enim et 'nullus' et huiusmodi nomina nihil significant sed tantum consignificant, ut 'omnis' consignificat quoniam universaliter et ita quod sine tempore in casuali inflexione et quasi communiter. Nihil enim commune pluribus designat sed, quasi commune aliquid significaret, plura complectitur. Ideoque non communiter sed quasi communiter significare dicitur. Haec vero nomina habent omnia, ut 'quis', 'nihil' et figmentorum nomina, ut 'hircocervus' et 'Chimaera', ita, scilicet, ut nihil possit obici contra.

P 2, 18va

Verba quoque quae primo reperta sunt propter actiones et passiones, reperta sunt, ut, scilicet, designarent de substantia quid ageret vel pateretur. Reperta sunt itaque verba ad significandum quid de altero dicitur et primo propter actionem et passionem, ut dictum est, quemadmodum nomina primo reperta sunt propter substantias. Placuit vero postea hominibus locutionem extendere ut non solum

actionem vel passionem de substantia vellent dicere, verum etiam cetera accidentia de ipsa praedicare. Reperta sunt itaque verba quae vel qualitates vel cetera accidentia significarent. Sed horum positio verborum prius repertorum positionem secuta est, ut quamvis verbum aliquod significet qualitatem, ut 'albet', modo tamen actionis vel passionis significat, id est cum tempore in verbali terminatione et ut de altero dicitur.

Omne igitur nomen significat substantiam et qualitatem, non quod omne nomen significet id quod est substantia, sed quia omne nomen vel id quod est substantia significat vel aliquid modo substantiae in natura communi vel propria. Similiter omne verbum significat actionem vel passionem, non quod omne verbum significet id quod est actio vel passio, sed quia omne verbum vel id quod est actio vel passio significat vel aliquid aliud modo actionis vel passionis, id est, cum tempore in terminatione verbali et ut de altero dicitur. Hanc vero de significatione nominum seuverborum sententiam ad praesens praeferendam utpote artis grammaticae proprietati accomodatam iudicavimus.

Opinio magistri

Quoniam ergo et proprium nomen et appellativum et vocabulum hunc habent modum significandi, videlicet, ut substantiam et qualitatem significent, sicut multipliciter expositum est, inde est quod illa tria a Prisciano una esse orationis pars convincuntur.

Proprium verbi

Addit etiam quod proprium est verbi actionem vel passionem sive utrumque . significare, quod dicit propter communia verba, ut est 'osculor'. Et quoniam hoc habent infinita verba sicut et alia, inde est quod ea sunt una pars orationis.

Quaestio

Sed quaeritur quomodo illud sit proprium verbi, an ita quod omni et soli conveniat, quod Priscianus testatur in sequentibus dicens quod omne verbum naturaliter in actu vel passione est.. Sed contra illos qui dicunt quod omne id quod verbo significatur est actio vel passio opponitur de absolutis verbis ut 'rubet' et 'pallet' quae nec actionem significant nec passionem. Sed solvunt hoc dicentes quod significant passionem intrinsecam.

P f. 18vb

Oppositio

Oppositio

Opponitur iterum illis de huius modi verbis, 'vivo' et 'dormio' et similibus quae nec actionem nec passionem significant quia dormire vel vivere non est aliquid agere vel pati. Sed dicunt quod 'agere' illud verbum quandoque ponitur absolute et tunc est generalissimum et continet omnia quae possunt responderi ad interrogationem hanc: "Quid agit?" Aliquando vero ponitur transitive et tunc continet solas actiones in aliud cum motu transeuntes, ut 'legere' et huiusmodi. Plus ergo continet quando est absolutum quam quando est transitivum. Dicunt itaque quod hoc verbum 'vivo' significat agere, id est, aliquid quod potest responderi ad "Quid agit?" et hic 'agere' absolutum est et large accipitur. Sed quando dicitur quod "Vivere non est aliquid

Solutio

(quo)rum(dam,

agere" ibi "agere" transitivum est, et stricte accipitur; ideoque non licet concludere quod 'vivo' non significet agere, sed posset concludi: "Ergo 'vivo' non significat aliquid agere." Et hoc idem de ceteris verbis absolutis et neutris dicunt.

Sed rursus illis opponitur de verbo substantivo 'est', quod nec actionem nec passionem videtur significare, praesertim cum Priscianus dicat quod verbum substantivum substantiam significat. Sed quoniam diversi diversa de substantivi verbi significatione sentiunt nos quoque singulorum prius sententias et ad ultimum nostram ponemus. Oppositio

Dicunt itaque quidam quod 'sum' significat ex prima sua inventione quandam absolutam actionem quae est huius modi: "Sum," id est, "Inter res permaneo." Significat itaque secundum istos actionem talem, scilicet, inter res permanentiam, sed inde translatum est ad substantiam significandam. Itaque naturaliter, id est ex prima inventione significat actionem, sed ex translatione substantiam. De Significatione verbi substantivi Opinio <1>

Alii dicunt quod 'sum' significat aequivoce omnem actionem et passionem, ut cum dicitur ab aliquo "Sum," fortasse dicit se comedere vel bibere vel quodlibet aliud quod verbo potest significari. Et dicunt hi quod cum aliquis dicit: "Deus est," fortasse mentitur, quia potest dicere quod "Deus est asinus" vel aliquid aliud falsum huius modi. Immo quando eis proponitur: "Homo est," vel aliquid huius modi, statim quaerunt "Est quid?" istud Aristotelis fortasse Opinio <2>

P f. 19ra

Postponentes quod 'est' quandoque simpliciter ponitur, quandoque est tertium adiacens. Sed quia plane insaniunt, nihil contra eos est dicendum.

Opinio (3)

Sunt etiam alii qui dicunt quod 'sum' significat actionem quamlibet vel passionem non ex se sed ex adiuncto participio, ut cum dicitur "Sum legens" hic significat actionem et eandem quam 'lego'. Cum vero dicitur "Sum lectus," hic significat passionem eandem quam 'legor', et sic ex diversis adiunctis diversas actiones significat vel passiones.

Opinio (4)

Alii dicunt iterum quod 'sum' significat actionem talem, scilicet, inhaerentiam praedicati et subiecti, sed hoc tantum fit quando est tertium adiacens. Cum vero opponitur eis de vocativis verbis cuius modi sunt 'vocor' et 'nominor', dicunt quod significant passionem duobus modis: absolute, ut "Nominor Socrates," et transitive, ut "Nominor ab isto."

Nos vero facile omnia praedicta solvimus. Non enim dicimus quod omne verbum significat id quod est actio vel passio sed quidquid aliud significet modo actionis vel passionis significat, sicut superius expositum est. Quoniam tamen de significatione verbi aliter sentimus quam ceteri, necessarium duximus nostram super hoc ponere sententiam. In qua parte quaestionis illius, scilicet, quare verbum substantivum magis copulativum sit quam cetera verba solutio erit implicita.

Suam prosequitur s(enten)tiam de significatione verbi substantivi

Primo ergo dicendum est quod cum sint decem prima rerum genera, scilicet, substantia et qualitas et huiusmodi cetera, omnia tamen idem actu sunt cum substantia. Socrates

P f. 19rb

enim et albedo Socratis idem actu sunt. Non dico quod sint idem sed illud dico, quod idem sunt actu, quoniam quantum ad esse actu non differunt. Quid enim aliud est albedinem Socratis esse actu quam Socratem esse album? Substantia itaque unitiva est accidentium. Omnia namque accidentia in se recipit et sibi copulat et unit.

Quamvis vero substantia et omnia quae in ea sunt, idem sunt actu, ratio tamen discernit ea, et disiungit ut substantiam, scilicet, intelligat per se et accidentia per se. Repertum est itaque nomen ad significandam substantiam, eo, scilicet, modo quo a ratione perpenditur et ipsa ab accidentibus discernitur. Hoc autem est istud nomen P f. 19rb 'substantia'. Hoc enim nomen 'substantia' dicitur a 'substando'. Res vero, ut informis est, sic est apta 'substare', hoc est, sic apta est formas recipere, ut iam formata est. Istud ergo nomen 'substantia' sic significat substantiam ut sine accidentibus intelligatur, hoc est, separando eam et discernendo ab accidentibus. Ideoque substantia genus generalissimum dicitur significare quoniam in generibus et speciebus semper habet aliqua discretio esse.

Sed quoniam substantia sic unit sibi accidentia et recipit ut idem actu sint, repertum est etiam nomen quod significaret substantiam confuse, hoc est, non discernendo ab accidentibus sed ut substantia cum suis accidentibus unum actu est. Hoc autem nomen est 'ens'. Substantia enim non sic est ut sine accidentibus intelligitur, immo sic est ut

accidentibus informatur. Ideoque competenter ei attributum est hoc nomen 'ens', secundum hoc quod accidentia recipit in se. Dicimus itaque quod 'ens' significat illud idem quod 'substantia' sed aliter quoniam 'substantia' significat discernendo, 'ens' vero confuse, sicut dictum est. Unde quamvis ens nihil aliud significet quam substantia, quia tamen ei datum est secundum hoc quod accidentia recipit in se, inde est quod hoc nomen 'ens' transumitur ad nominanda accidentia, licet solam substantiam significet, velut cum dicitur "Albedo est ens." Si enim vere inspicias, substantia sola est proprie, accidens vero inest. Pr.II 18 GLK II

Sua opinio

Dicimus ergo quod 'sum es' significat substantiam, sed ut de altero dicitur, scilicet, cum tempore et in verbali terminatione.

Et quoniam substantia est unitiva omnium aliarum rerum--accidentia namque unit sibi et copulat--inde est quod 'sum es' copulativum est, eo, scilicet, quod substantiam, quae sibi cetera unit et copulat, significet. Et de significatione substantivi quantum nobis videtur satis dictum est. Verbum enim substantivum non id quod est actio significat sed solam substantiam; iccirco tamen actionem dicitur significare quia licet significet substantiam modo tamen actionis eam significat, ut determinatum est. Quid vero sentiamus de verbis vocativis loco suo explicabitur. P f. 19va

Dicit itaque Priscianus quod proprium est verbi significare actionem vel passionem sive utrumque. 55, 8-9

De Proprio verbi

Sed quia hoc habent verbalia nomina, ut 'lectio', addit "cum modis et formis et temporibus." GLK II

Videndum est ergo quod modus duobus modis dicitur, tum secundum rem, tum secundum vocem. Modus vero secundum rem est affectus animi circa actionem vel passionem, qui affectus sunt quattuor, scilicet, affectus indicandi, imperandi, optandi, coniungendi. Modus secundum vocem est collectio vocum (continens diversas personas et tempora et numeros) eundem animi affectum designantium. Vide ergo quod ad affectus animi secundario significandos repertae sunt quaedam vocum collectiones quae dicuntur modi secundum vocem. Ideo autem diximus "secundario" quia principaliter significant actionem vel passionem. 'Lego' namque primo loco actum legendi significat, secundario indicationem. Quamvis vero tantum quattuor sint affectus animi, quinque tamen modi dicuntur esse secundum vocem. Infinitivus namque modus improprie, cum nullum affectum animi significet, dicitur modus, eo, scilicet, quod ceteri modi resolvuntur in ipsum. Quid enim aliud est "Lego" nisi quod "*Legere* me indico." Similiter, cum dico "Lege," impero te legere et hoc idem in ceteris evenit. De Modis 421,17-19 425,9-12

Formae quoque verborum tum secundum rem, tum secundum vocem dicuntur. Quod ut intelligatur oportet ut modos significandi actionem et passionem praemittamus. Significamus ergo quandoque actionem sic quod circa eam determinamus meditationem, ut 'lecturio', quandoque inchoationem, ut De Formis cf. 429, 14 427,11 429,10-18

'legisco', quandoque frequentationem, ut 'lectito', et si- Pr.II 18 430,1-5
milia. Haec igitur determinationes circa actionem vel passionem dicuntur formae secundum rem in grammatica. Formae vero secundum vocem dicuntur terminationes quae praedicta designant, ut 'rio' et 'to' et 'sco' et huiusmodi. Verbum itaque significat actionem vel passionem cum utraque forma, id est, cum forma secundum vocem et cum forma secundum rem. Habet enim praedictas terminationes et secundario praedicta significat.

Rursus et tempus consignificat verbum quia significat 404 ff. De Tempore aliquid fieri, aut in praesenti, ut 'currit', aut in praeterito, ut 'cucurrit', aut in futuro, ut 'curret'.

Itaque significare "cum modis et formis et temporibus" removet verbalia nomina. Sed quia hoc totum habet participium-- quamvis enim non habeat modos secundum vocem, habet tamen modos secundum rem ex adiunctione verbi substantivi, ut cum dicitur "Lectus sum, lectus est"--ideo, ad remotionem participii, addit "sine casu."

Addit autem postea Priscianus quid sit proprium 55,13-14
pronominis ut sic convincat esse unam partem orationis per Proprium pronominis
se. Dicit itaque proprium esse pronominis poni pro proprio nomine. Sed quaeritur cum saepe referatur pronomen ad appellativum nomen cur dicatur poni pro proprio nomine magis quam pro appellativo. Ad appellativum namque saepe refertur, ut cum dicitur, "Homo currit, idem disputat." Ut ergo manifestum fiat quod numquam pronomen ponitur pro appellativo nomine, Quaestio 140,24-141,2

licet referatur ad ipsum, dicendum est quod appellativum nomen et habet significare communem qualitatem et habet hoc officium, scilicet, ut ostendat de qua specie rerum vel genere sit id de quo est sermo. ‹Pronomen vero nec communem qualitatem significat nec ostendit de qua rerum specie vel genere sit id de quo est est sermo.› Ergo nec significatione nec officio ponitur pro nomine appellativo. Nomen vero proprium significat propriam qualitatem et est eius officium ostendere illud de quo est sermo separando illud ab omnibus aliis quamvis hoc saepe non faciat, aequivocatione impediente. Pronomen vero quamvis significationem proprii nominis non habeat, eius tamen officium habet, id est, determinate et separatim ab omnibus aliis ostendere de quo est sermo. Quamvis ergo referatur ad appellativum nomen, non tamen pro ipso ponitur, sicut demonstratum est, sed pro nomine proprio ponitur, hoc est, ad complendum officium quod faceret proprium nomen si ibidem poneretur. Et ideo dicit proprium esse pronominis poni pro proprio nomine.

Pr.II 18 GLK II

58,25-59,8

53,25-28

Sed quia quandoque appellativum nomen antonomasice, id est, per excellentiam, pro nomine proprio ponitur, ut 'urbs' pro 'Roma', iccirco addit Priscianus quod, praeter hoc, proprium est pronominis certas significare personas, hoc est, determinare circa substantiam utrum ipsa de se loquatur, an aliquis ad eam vel de ea, quod non facit appellativum nomen positum pro proprio.

55,17-18

Sed opponitur quod quando pronomen refertur ad appel- Oppositio

Pr.II 18 GLK II

lativum nomen non significat determinate quia nec nomen ad quod refertur. Sed dicimus quod illud determinate significat quod nomen ad quod refertur, et hoc est proprium pronominis facere. Immo cum dicitur "Homo legit, idem disputat," pronomen, quod refertur, ad certitudinem personae rem vult trahere.

P f. 20ra

Illud quoque videndum est quod pronomen duabus de causis loco proprii nominis ponitur: pro necessitate in prima et secunda persona, quia omne nomen tertiae personae est et pro commoditate in tertia. Dicto namque "Socrates legit," quamvis dici posset "et Socrates disputat," tamen commodius est dicere "et ipse disputat," ut determinetur de eodem Socrate dictum esse.

Duabus de causis ponitur pronomen loco nomine

Cum autem inferat hic Priscianus quasi incidenter 'quis' non esse pronomen, videndum est cur Donatus 'quis' et 'qualis' et 'quantus' putavit esse pronomina et qua ratione Priscianus dixerit esse nomina.

55,14-16 (IV) 379, 28;380, 5-6

De quis, qualis, quantus

Donatus itaque illud inspexit quod formas rerum sequuntur nomina. Omne enim nomen ex communi qualitate datum est rei, vel ex propria, ut hoc nomen 'homo' datum est ab humanitate, hoc nomen 'Plato' a qualitate propria quae ficto nomine, ut Boethius dicit in commento 'platonitas' appellari potest. Cognovit itaque quod 'quis', cum interrogativum sit substantiae, substantiam significat. Et quia qualitas sive communis sive propria certificat rem et determinat, 'quis' vero, quoniam interrogativum est, confuse et

<una ratio Donati>

Pr.II 18
GLK II

nihil determinando significat, conclusit quod 'quis' non qualitatem sed substantiam sine qualitate significat. Hoc autem, inquit, proprium pronominis est. Ideoque 'quis' pronomen est. Praeterea, inquit, cum 'quis' ponitur interrogative omnia comprehendit nomina quae ad ipsum possunt responderi et quodammodo pro eis ponitur. Cum enim quaeritur: "Quis hoc fecit?" idem est ac si quaeratur utrum Socrates fecerit illud vel Plato vel aliquis alius. Et quoniam, inquit, proprium est pronominis pro nominibus poni idcirco 'quis' pronomen est. Et hac sola de causa, non significationis ratione, putavit 'qualis' et 'quantus' et cetera huiusmodi esse pronomina.

‹Alia› ratio

55,13-19
Priscianus contra Donatum

Priscianus tamen rem altius inspexit. Quamvis enim 'quis' substantiam sine qualitate significaret, quia tamen, inquit, substantiam infinite significat, non debet putari pronomen cuius est finite substantiam significare. Praeterea, inquit, quamvis qualitas rem determinet, nihil tamen infinite significata certificat. 'Quis' vero sicut infinite substantiam significat ita et infinite qualitatem significat. 'Quis' enim interrogative positum mittit nos ad quamlibet substantiam qualibet communi qualitate vel propria determinandam propter quas nomen repertum est. Significat enim infinite substantiam et qualitatem. Non ergo potest dici pronomen. Praeterea licet 'quis' interrogative positum comprehendat quodammodo omnia nomina quae ad eius interrogationem respondere-

contra Donatum

‹Alia›ratio ‹Prisciani›

p. f. 20rb

ri possunt pro nullo tamen proprio nomine potest poni, quod

omne pronomen habet facere. Ideoque 'quis' non est pronomen. Pr.II 18-2 GLK II 55,14-19
Quoniam vero 'qualis' et 'quantus' et cetera huius modi substantiam non significant sed vel qualitatem generalem vel quantitatem vel aliquid huius modi, ideo, inquit, non sunt pronomina. Nihil enim nisi substantiam pronomen significat. Subtilius ergo inspexit Priscianus et quos ille secutus est. Ideoque illi adquiescendum est. Vide ergo quod, quoniam pronomen suum habet proprium modum significandi qui nulli alii convenit, inde convincit Priscianus pronomen per se esse unam partem orationis.

Addit etiam quod proprium adverbii est poni cum verbo, id est, ei adiacere, ut determinet modum agendi vel patiendi. Sed quamvis dicat adverbium non habere certam significationem sine verbo, non tamen negamus quaedam adverbia per se significationem certam habere, ut 'hodie' tempus significat, sed illud habet se ad plura verba, ut ad 'legit' et 'currit' et similia et ideo incertum est cuius actionis vel passionis modus sit. Et hoc est quare dixit adverbium non habere certam significationem sine verbo. Et quoniam hoc habet adverbium sic proprium quod alii non convenit, ideo est una pars orationis per se. 56,3 Proprium adverbii

Dicit iterum quod praepositionis proprium est separatim, id est, per appositionem praeponi casualibus sed coniunctim, per compositionem, tam cum habentibus casum quam cum non habentibus, ut 'induco', 'proconsul'; sic autem dicitur qui vicem consulis obtinet 56,12-14 Proprium prepositionis 56,15

quasi pro consule positus. Et quoniam hoc habet praepositio praeter cetera, ideo quoque est una pars orationis per se. Pr.II 21 GLK II 56,16-17

Addit quoque quod coniunctionis proprium est vel diversa casualia coniungere vel diversa verba vel adverbia. Et quoniam ad hoc reperta est praeter ceteras, ideo et coniunctio est una pars orationis. Proprium coniunctionis

Assignant vero hanc inter coniunctiones et praepositiones differentiam, quod praepositio componitur cum verbis, coniunctio, numquam. 'Videlicet' ergo et 'scilicet' non componuntur ex 'licet' coniunctione sed ex 'licet' verbo et 'videre' vel 'scire'. Unde etiam patet quod 'viden' et 'vin' non sunt compositae dictiones sed dictiones duae prolatae per subtractionem ultimarum litterarum, ut in orthographia dictum est. Differentia inter praepositiones et coniunctiones 32,6-7

<DE NOMINE>

Separatis itaque partibus orationis a seinvicem per earum proprietates aggreditur de illis agere et inchoat a nomine. Prius namque est ceteris ideo quod substantiam significat quae prior est accidentibus, quae a verbis, adverbiis, participiis significantur. Pronomen enim, etsi substantiam significet, tamen propter nomen repertum est et ideo nomen prius est natura. Indeclinabilia vero nomine posteriora nemo esse dubitat. Quare de nomine prius agat (III) 116, 25-26 (III) 117, 7 ff. P f. 20va 120,6-121,15

Tractat autem hoc ordine. Prius describit nomen, deinde etymologizat nomen hoc quod est 'nomen' more grammatici, postea enumerat nomini accidentia, ad ultimum, tractat 56,29-57,1 57,1-4 Quo ordine 57,8 ff.

de singulis accidentibus eo modo quo enumeravit. Quae vero sit causa inventionis nominum, quae significatio, quae nominatio, superius diximus. Pr.II 22 GLK II

Dicimus ergo quod "nomen est pars orationis," hoc est, vox significativa vel consignificativa ad placitum, per quod removet voces non significativas et eas quae naturaliter significant et litteras et syllabas. Sed quia hoc habet verbum, participium, pronomen, coniunctio, praepositio, addit, "quae distribuit," id est, diversis significando qualitatem tribuit, sicut paulo post exponetur. Sed quoniam eandem plerumque qualitatem significat adverbium, adiungit "communem vel propriam"- substantiae, quod cum dicere debuisset, dicit sic- "unicuique corporum seu rerum." Vide ergo quod corpora dicit res corporeas; res vero appellat incorporea. Distribuere vero "unicuique subiectorum corporum seu rerum communem vel propriam qualitatem" nihil aliud est quam significare naturam communem vel propriam rerum corporearum vel incorporearum vel quasi communem seu propriam, sicut superius iuxta illam quam plus approbavimus sententiam exposuimus. 56,29-57,1 cf. 552, 1-4 Describit nomen et descriptionem exponit 56,29-57,1

Ad ceteras namque sententias sine labore facile est descriptionem applicare hoc uno praecognito quod secundum primam sententiam appellat qualitatem solam quamlibet proprietatem rei; iuxta vero secundam, appellat quicquid inest substantiae praeter agere et pati et figmentum animi et modos loquendi.

Et vide quod res appellat incorporea. 'Res' enim

dicitur a 'reor reris', quod, scilicet, existimatur nec sensu corporeo comprehenditur. Pr.II 22 GLK II

Solet autem opponi de collectivis nominibus quid habeant significare. Dicunt vero plures quod cum 'populus' sit collectivum nomen significat 'multos homines' pro substantia et 'collectionem', ut ipsa sit pro qualitate et est communis qualitas secundum eos quia in pluribus et diversis populis eadem reperitur. Oppositio de collectivis

Cpponitur iterum de aequivocis quae nullam communem qualitatem videntur significare. 'Canis' enim et huius modi alia aequivoca nihil conferunt sibi suppositis, nisi nomen et dicunt quam plures quod significata aequivocorum hanc solam convenientiam habent quasi communem qualitatem quod ab eadem voce significantur et in participatione eiusdem nominis conveniunt. Alii vero dicunt quod nomen aequivocum non est unum nomen sed plura nomina diversa et quod diversas qualitates in diversis significationibus ponit. Oppositio

R f. 20Vb

Post descriptionem vero nominis etymologizat Priscianus hoc nomen quod est nomen et duplicem ponit etymologiam, quarum una graeca est, altera, latina. Vide ergo quod 'nemein' verbum graecum est et significat 'distribuere'. Inde dicitur 'noma' quasi 'nomen' quia praedicto modo distribuit cuique qualitatem. Sed illi quod est 'noma' addunt Graeci o et fit 'onoma', quemadmodum dicimus 'gnatus', pro 'natus'. Dicunt tamen alii quod 'noma' per se non significat 'tribuens' sed compositum, adiecta o, sicut enim 'par ris' quantum ad vocem 57,1-4 De Etymologia nominis

derivatur a 'paro ras' simplici, quantum vero ad significationem habet se ad compositum 'comparare'. 'Par' enim dicitur qui alii comparatus, adaequatur. Sic 'nomen' quantum ad vocem habet se ad 'noma', quantum ad significationem habet se ad compositum 'onoma', ut dicatur 'nomen' voce a 'noma', significatione, ab 'onoma'. Dicunt quoque alii quod nomen dicitur a 'noma' secundum significationem et quia simplex 'noma' non invenitur in usu, sicut nec 'iuria' apud nos, licet inveniatur compositum 'iniuria', addit "et, adiecta o, onoma." Secundum etymologiam latinam 'nomen' dicitur quasi 'notamen', per syncopam a 'nota tas' eo quod communem qualitatem vel propriam demonstrat, sicut superius dictum est. Pr.II 22 GLK II 57,3-4

Facta itaque etymologia huius nominis quod est nomen, enumerat accidentia nominis, ut exequatur ea usque in finem. Accidentia vero dicuntur convenientia ipsi secundum quae nomina inter se vel cum aliis dictionibus competenter habent construi. Et vide quod accidentia partium orationis dupliciter dicuntur: partim enim dicuntur vocis proprietates communes, partim secundariae significationes. Species namque dicitur accidens nomini quia communis est proprietas omnium nominum ab aliquo vel a nullo derivari, quae proprietas dicitur species, sicut postea demonstrabimus. Numerus vero est tale accidens nomini quod eius est secundaria significatio. | Cum enim nomen substantiam principaliter vel aliquid aliud significet, secundario determinat utrum de uno an de pluribus sit sermo, quod dicitur in arte grammatica 'numerus'. Nos itaque de singulis 57,8 cf. 156, 18-19 <Accidentia nominis> p. f. 21ra

accidentibus tractantes de unoquoque demonstrabimus an sit communis proprietas an secundaria significatio.

Si quis autem instet in quo subiecto sint huiusmodi accidentia, an scilicet, aeri, qui est vox secundum quosdam, an loquenti, an alicui alii, sicut diversi diversa super hoc senserunt, nos dicimus quod inutilis est huius modi inquisitio et frivola. Haec enim accidentia sola similitudine dicuntur, non aliqua subiectae rei informatione. Sicut enim substantia manens una et eadem de alba fit nigra vel e converso, sic nomen manens unum et idem de singulari fit plurale secundum diversas terminationes. De nominativo fit etiam genetivus et hac similitudine dicuntur accidentia nomini casus et numerus. Et hoc idem de ceteris accidentibus nomini dicendum est. Vide ergo quod quamvis illa sint accidentia nomini, non tamen sunt accidentia, si per se dicatur hoc et absolute. Ideoque in subiecto non habent esse.

Quod autem Donatus qualitatem inter accidentia posuit, error est. Qualitas enim quasi substantialis est nomini. Illud namque in grammatica substantiale dictioni dicitur propter quod principaliter reperta est. ‹Nomen› igitur non posset esse et qualitatem communem vel propriam non significare. Ideoque qualitas inter accidentia nomini connumeranda non est. (IV) 373, 3

Quod autem de comparatione Donatus addidit aliquid rationis habet, quia quandoque convenit nominibus, sed quia nec omni nomini nec maiori parti accidit- (IV) 373, 3 . . . Donatus ‹qualitatem› enumerat inter accidentia . .

sicut ipse Priscianus ait, volunt esse generalia; ideo non curavit apponere inter accidentia. Pr.II 22 GLK II 58,14-24; 83,17-22 57,8

Quaeritur etiam cur non enumeravit inter accidentia Personam. Et dicunt quidam, ideo quod constabat omne nomen esse tertiae personae, sed haec nulla est ratio. Dicunt vero alii quod ideo non curavit apponere quia in verbo et in pronomine de persona tractat perfecte. Magis tamen videtur esse dicendum quod nomen ex se nullius personae est. 'Homo' namque hoc nomen ex forma suae prolationis nulli personae se prohibet. Aeque enim pertinet ad loquentem de se et ad eum ad quem loquitur et ad eum de quo quis loquitur, cum tamen quisque istorum possit dici 'homo'. Quoniam ergo nomen ex forma suae prolationis adeo confusum est, ideo sola ratione confusionis dicitur esse tertiae personae, eo quod tertia persona confusa est nisi demonstratione vel relatione finiatur. Quoniam ergo nomen ex forma suae vocis nullius est personae, ideo, ut arbitror, noluit Priscianus inter accidentia nomini eam numerare. <Oppositio>

P f. 21rb

Quaeritur iterum cur non apposuit "significare sine tempore" cum hoc conveniat omni nomini. Et dicunt ideo quia significare sine tempore potius est remotio accidentis verbi quam alicuius positio; vel, quia contrarium est eius accidentis quod est significare cum tempore, dicunt quod sic perfecte in verbo tractavit de illo accidente quod per contrarium perpendi potest quid sit significare sine tempore. Oppositio

Et quoniam prius tractat de illo accidente quod est species, De Specie

ideo et nos primum de illo incipiemus et merito primum quia ad originem Pr.II 22 GLK II
vocis pertinet, ut ex descriptione sua patebit. 'Species' namque Quid est Species
hic dicitur proprietas derivandi ab aliquo vel a nullo. Et est ab
aliquo derivari, ad similitudinem alicuius ante inventi,
ex eodem formari et imponi. A nullo autem derivari est per
se imponi et non ex aliquo formari. Sunt itaque duae species: 57,10
una primitiva et altera derivativa, et est primitiva
species proprietas derivandi a nullo; derivativa est pro-
prietas derivandi ab aliquo. Voces itaque non debent dici
species, sed alicuius speciei. Non est ergo dicendum:
"Homo est derivativa species" sed "derivativae speciei."

Potest etiam species sic describi. Species est po- Alia speciei descriptio
sitio vocabuli primaria vel secundaria. Primaria positio
dicitur species primitiva, secundaria vero, positio
derivativa. Et hoc idem est quod illud quod prius dictum est.
Quando autem de nomine quaeritur cuius speciei sit, ibi ponitur
species pro forma, utsit hoc quaerere: "Cuius formae sit?",
hoc est, an sit sic formatum quod non ab aliquo vocabulo
prius reperto, an ita quod ab aliquo.

Et vide quod utraque species communis est propriis 57,9-11
nominibus et appellativis. Sunt autem quaedam appellativa
nomina primitiva, ut 'mons', quaedam derivativa, ut 'montanus'.
Sunt etiam quaedam propria primitiva, ut 'Iulus', quaedam
derivativa, ut 'Iulius'.

Addit deinde Priscianus quod propriorum nominum sunt 57,12-13 Quot et quae sunt species proprii nominis
P 25 r. 21va species: praenomen, nomen, cognomen, agnomen.

Est autem officium praenominis praeponi nomini, ut De Praenomine

'Marcus Tullius'. Hic enim 'Marcus' praenomen est. Pr.II 22-24
Causa vero inventionis praenominis duplex est; differentia 57,12-17
et casus. Quoniam enim contingebat diversas personas eodem
nomine proprio nuncupari, excogitaverunt homines voces quasdam
quae praepositae proprio nomini facerent unam personam ab
alia differre eodem nomine vocatam, quae quia praeponebantur
nomini proprio, dicta est praenomen. Casu quoque repertum est.
Cum enim, Sabinis raptis mediantibus, pax inter Romanos et
Sabinos fieret, Romanus nomen Sabini de cuius progenie uxorem
habebat suo praeponebat nomini et inde inolevit usus ut omnis
Romanus aliquod praenomen haberet. Et vide quod omne praenomen
eandem proprietatem significat quam et proprium nomen cui
adiungitur et eandem personam nominat sed alia causa inventum
est.

Illud quoque videndum est quod unam specierum proprii 58,4
nominis appellat 'nomen'. Est autem nomen in hoc loco quod 58,4-5
sic imponitur personae quod non propter differentiam ad re- De Nomine
motionem praenominis nec propter cognationem ad differentiam
cognominis nec propter eventum ad differentiam agnominis
sed propter nominationem personae tantum repertum est. Unde
proprie dicitur 'nomen' quasi antonomasice, ut prodeat ratio.

Causa inventionis cognominum est haec. Cum enim 58,5
diversi ab una honesta persona principium generationis haberent, De Cogno-
ut se de familia eius notarent, nomen illius suo nomini mine
adiungebant et dicebatur 'cognomen'. Significat vero eandem

proprietatem quam et proprium nomen cui adiungitur, sed secundario cognationem illius cui prius fuit impositum illud nomen. Ideoque diximus secundario quia, si principaliter illam cognationem quae est communis multorum significaret, esset nomen appellativum. Est igitur cognomen multis commune nec tamen appellativum est quia non significat principaliter aliquid multis commune sed propriam uniuscuiusque qualitatem.

Sed obicitur quia si multis commune est et in multis proprias qualitates significat, ergo est aequivocum. Et potest dici quod aequivocum est omne cognomen quantum ad principalem significationem, univocum vero est quantum ad secundariam. Oppositio Solutio

Illud etiam dici potest quod vocum aliae significant diversa principaliter, aliae ex diversis inventionibus, ut 'Pyrrhus', aliae ex translatione, ut 'genus', aliae ex diversis adiunctis, ut in cognominibus contingit. Illud enim antiquorum falsum est, ut ex diversis adiunctis hoc vocabulum 'homo' diversa significet, ut cum dicitur "Homo currit," "Homo est species," "Homo est nomen." In his namque omnibus 'homo' idem significet. p f. 21vb

Vide ergo quod omnis vox quae ex diversis impositionibus diversa significat aequivoca est, sed non omnis quae ex translatione, quoniam translationum, alia fit ex necessitate, quia, scilicet, res caret nomine, ut in praemisso exemplo de genere, alia vero fit propter ornatum, ut cum dolosum dicimus 'vulpem', audacem vero 'leonem'. Translatio ergo ex necessitate facta aequivocationem facit, non translatio facta ornatu. Vox quoque ex diverso adiuncto

Duae sunt causae translationis, sc., necessitas et ornatus

diversa significans non facit aequivocationem. Cognomen ergo, quamvis diversas qualitates proprias significet, non est aequivocum, quia ex adiuncto diversorum propriorum hoc contrahit. Pr.II 24 GLK II Redit ad solutionem praemissae obiectionis

Ut ergo de cognatione breviter dicamus, cognomen illam eandem propriam qualitatem significat quam et proprium nomen cui adiungitur. Secundario autem significat cognationem multis communem. Nominat vero eos qui de eadem cognatione sunt nec tamen est aequivocum. Est cognomen itaque proprium nomen ex principali significatione, sed commune est secundaria et nominatione. Propter ergo significationem, continetur sub proprio nomine.

Causa vero inventionis agnominum haec est. Est enim repertum agnomen ad notandum aliquem eventum, qui vel sibi vel aliis contingit, ut quidam dictus est 'Saloninus', quia pater suus die nativitatis eius expugnavit Salonos, civitatem Dalmatiae. Scipio vero dictus est 'Africanus' quia contigit ei ut devinceret Africam. Significat autem agnomen eandem propriam qualitatem quam et proprium nomen cui adiungitur et eandem nominat personam. Sed aliud, hoc est, eventum, secundario significat. 58,5-6 De Agnomine

Dicimus ergo generaliter quattuor species proprii nominis idem principaliter significare, quod, quia propria qualitas est, ideo propria dicuntur nomina. Idem enim nominant sed diversa secundario significant, quaedam enim, eventum, quaedam, cognationem, ut superius demonstratum est.

Et quia haec nomina in exemplis ponit, 'Cicero', 'Caesar', 'Scipio', videndum est quod 'cicer' quoddam genus est leguminis et est triangulum unde dictus est Cicero, eo quod triangulam habuit faciem. 'Caesar' vero dicitur vel a 'caesarie',| vel quia caesus est in ventre matris, vel quia cedebat in proelio. 'Scipio' dictus est quasi 'baculus', quia fundamentum fuit et sustentamentum rei publicae vel parentum. Pr.II 24 GLK II 58,10-13

P f. 22ra

Et quoniam cognomen commune est multorum, ne putaret quis quod inde esset appellativum, iccirco dat Priscianus differentiam inter ea, hanc, scilicet, quod "appellativum naturaliter est commune multorum," non autem proprium, et quamvis commune naturaliter possit dici quasi ex sua inventione, aliter tamen ab antiquis exponitur. 58,14-15

Quid sit nomen appellativum

Ad quod intelligendum dicimus quod communio nominum alia est naturalis, alia casualis, alia rationalis. Naturalis communio nominum est quando nomen et significatione et nominatione pluribus est commune, hoc est, quando significat aliquid quod pluribus convenit et plura nominat. Casualis vero communio est quando aliquo casu idem nomen pluribus imponitur, ita quod nihil eis commune significat, ut hoc nomen 'Pyrrhus' impositum est filio Achillis et regi Epirotarum. Rationalis communio est quando hoc fit consilio, velut quando nomen patrum imponitur filiolo. De triplici communione 59,13-14

Sed rationalis quandoque fit sola voluntate, ut in exemplo praeposito, quandoque fit similitudine, ut quando vocabulum de una re ad aliam rem transfertur et ei datur translative.

Rationalis communionis sunt causae voluntas et similitudo

Quandoque fit ab uno, id est, ab una causa,

ut liber Tullii et eius imago dicitur 'Tullius'. Quandoque Pr.II 25 GLK II
fit ad unum, hoc est, datur diversis propter unum effectum, ut equitatio dicitur 'salutaris' et cibus dicitur 'salutaris', quod utrumque est ad salutem. Solum igitur naturaliter commune est appellativum quia solum significat quoddam commune multis. Et ideo dicit appellativum esse commune multis naturaliter ad remotionem illius proprii quod multis commune est vel casu vel ratione.

Illud quoque videndum est quod de adiectivis interponit 58,19-24
quod sint appellativa, quod quibusdam non videbatur, eo quod De adiectivo nomine
unusquisque dicitur albus a sua albedine. Unde putabant quod et hoc adiectivum et ceteraessent propria nomina. Sed quia de adiectivis diversae sunt sententiae necessarium duximus ut nostram ceteras breviter attingendo poneremus.

Adiectivum ergo nomen est illud quod significat id quod inest substantiae et potest adici nomini significanti substantiam in eadem parte propositionis, hoc est, vel in praedicato, vel in subiecto. In hoc ergo quod dicitur "est nomen" ceterae partes orationis removentur, sed quia hoc habent et nomina quae significant substantiam et etiam ea quae
P f. 22rb 'signa' esse dicuntur, iccirco ad|eorum remotionem additur "quod significat quod inest substantiae," sed quia rursus hoc totum habet hoc nomen 'albedo' et hoc nomen 'pater' et similia quorum nullum est adiectivum additum est et potest adici nomini significanti substantiam in eadem parte propositionis. Secundum ergo hanc descriptionem adiectiva sunt haec

nomina, 'risibile', 'rationa[bi]le' et similia. Dicimus enim Pr.II 25 GLK II
'animal risibile', 'animal rationale','animal bipes'.

Antiqui vero hanc solent divisionem facere quod omne nomen substantivum est vel adiectivum, dicentes illud substantivum esse quod per se subsistere potest in aliqua parte propositionis, adiectivum vero, quod non. Sed haec divisio ex nulla auctoritate habetur. Praeterea illud plane falsum est quod adiectivum per se non possit poni in eadem parte propositionis, ut in sequentibus demonstrabitur. Sed prius de causa inventionis adiectivorum et de significatione et nominatione dicemus.

Inventionis ergo adiectivorum causa haec est. Quoniam enim cognitis substantialibus qualitatibus ignorabantur accidentales proprietates, ideo inventa sunt adiectiva, quae sic eas significarent ut substantiis insunt. Significant autem adiectiva vel communes qualitates-- et nominant ea quibus illae qualitates insunt-- vel quantitates. Quod ergo dicit Priscianus adiectiva sumi a qualitate vel quantitate 58,22
nihil aliud est quam imponi sic ad nominandam substantiam ut qualitatem vel quantitatem principaliter significent.

Causa inventionis adiectivorum

Significatio

Ex eo vero quod dicit Priscianus, ea dici adiectiva eo 58,21-22
quod appellativis vel propriis adici solent, Quorundam opinio falsa
volunt quidam perpendere quod adiectivum per se non debet poni in eadem parte propositionis et, si ponatur, oratio est imperfecta, velut cum dicitur "Socrates est albus," imperfecta est secundum eos oratio donec adiungatur ei vel "homo," vel

aliud quod significet substantiam. Sed hoc plane falsum est cum inveniantur auctores persaepe solum adiectivum in praedicato ponentes. Praeterea si verum esset illud, quaedam essent adiectiva quorum masculina in nulla propositione ponerentur. Cui enim addas hoc nomen 'risibile' secundum genus masculinum non invenies. Si enim dicas 'homo risibilis', superflua erit locutio. Sed ipsi dicunt haec non esse adiectiva, quod falsum est cum eis conveniat adiectivorum proprietas, scilicet, adici propriis vel appellativis significantibus substantiam, ita, scilicet, quod a qualitate sumuntur. Si enim contendunt ea non esse adiectiva eo quod non comparantur, dicimus plane non omnia adiectiva comparari, sicut loco suo demonstrabitur.

P f. 22va

Praeterea quaecumque praedicantur coniunctim, praedicantur divisim, nisi sit oppositio in adiecto vel accidentalis praedicatio; quare, quia Socrates est homo albus, erit verum dicere "Socrates est albus." Dicuntur itaque adiectiva non quia ubique adiciantur sed quia alicubi. Unde non dicit Priscianus adiectiva quia adiciantur, sed ideo quia solent adici, ut notaret hoc alicubi, non ubique, fieri. 58,22

Illud vero notandum est quod adiectivum secundum quosdam proprie accipitur quando tale quid principaliter significat quod potest comparari. Dicuntur rursus adiectiva large et improprie quando significant aliquid quod alii adiacet, sic ut ei possit adici, licet non comparetur.

Ostenso itaque quid sit appellativum nomen post interpositionem quam fecit de adiectivo, ostendit consequenter auctor quid sit nomen proprium, ut melius pateat eorum differentia. Dicit ergo proprium nomen esse quod significat substantiam, sed quia hoc habent pronomina, addit "et qualitatem;" quod quia rursus habent appellativa, subiungit "propriam," id est, non pluribus communem. Sed quia nomen appellativum figurate ponitur aliquando pro proprio nomine, ut 'poeta' pro 'Virgilius', et tunc propriam significare videtur qualitatem addit "naturaliter," id est, proprie, non figurate. Illud vero adiungit ad proprii vel appellativi nominis differentiam, quod in proprio intelligitur appellativum, verbi gratia, ut in Socrate homo, sed non e converso, quoniam in appellativo non intelligitur proprium nisi per figuram, quae graeco nomine dicitur 'antonomasia', id est, 'excellentia', quod fit quando nomen multis commune naturaliter, uni quasi proprium attribuitur quia excellit omnes in proprietate ipso nomine designata, "ut 'poeta' pro 'Virgilius' et 'urbs' pro 'Roma'."

Pr.II 25-27
GLK II 58,19-24
De proprio nomine
58,25-26
58,25-26
58,15
59,4-8

Et ut progrediatur ratio, ostensis speciebus proprio- rum nominum et data differentia inter proprium et appellativum, species appellativorum enumerat et de singulis eodem ordine tractat. Et quoniam quaedam communes sunt tam propriis quam appellativis, tam primitivis quam derivativis, prius enumerat eas quae istis communes sunt, deinde illas quae solis appellativis conveniunt, sed ita quod primitivis et derivativis, ad

De Speciebus appellativorum
59,9 ff.
59,9-19
59,20-60,1

ultimum, illas quae sic conveniunt appellativis quod tamen solis derivativis. Pr.II 26 GLK II 60,1-5

P f. 22vb Species vero dicuntur in his communes, cum aliquod unum alicuius earum contentum invenitur proprium et aliud appellativum, unum rursus primitivum et aliud derivativum.

Sunt igitur duae species communes quas primo ponit, corporale nomen et incorporale. Sed videndum quod nullum nomen dicitur corporale propter significationem sed tantum propter nominationem. Omne namque significatum nominis est incorporale. Et est appellativum nomen corporale, ut 'homo', proprium, ut 'Virgilius'. Rursus appellativum incorporale est, ut 'scientia', proprium incorporale, ut 'grammatica Aristarchi'. 59,10-13 De Speciebus quae sunt communes proprio nomini et appellativo iiii sunt communes species

Tertia vero species communis est homonymum, id est, aequivocum nomen. 'Homos' enim interpretatur 'unum' et 'noma', 'nomen' et inde dicitur 'homonymum', quia una voce principaliter plura significantur, ut 'nepos', fratris filius et 'nepos', luxuriosus. Et dicitur sic a 'nepa', 'serpente', quoniam sicut serpens ille devastat, sic et luxuriosus. 59,13-16 Tertia 59,14-15

Quarta vero species communis est 'synonymum' et sunt eadem synonyma quae multivoca, id est, diversa nomina quae principaliter idem significant et nominant. Si enim significent idem et diversa nominent non sunt synonyma, ut 'album' et 'albedo'. Rursus, licet nominent idem, si tamen diversa significent, non sunt synonyma, ut 'homo' et 'risibile'. Et sunt synonyma appellativa, ut 'ensis', 'mucro', 'gladius', 59,17-19 Quarta

propria, ut 'Publius', 'Cornelius', 'Scipio', 'Africanus'. Pr.II 26-28
Unde plane manifestum est quod praenomen et agnomen et cognomen GLK II 59,18-19
et proprium nomen cuiusque idem significant.

Dicit vero Priscianus subsequenter quod "aliae fere 59,20
species" ab his communibus tam propriis quam appellativis solis
appellativis conveniunt, non propriis, "Fere" autem dicit prop- 60,11.12
ter adiectiva quae dicet paulo post in propriis nominibus inve-
niri, ut 'gradivus', de qua re suo loco dicetur.

Enumerat itaque species quae solis appellativis con- 59,20-24
veniunt sed tam primitivis quam derivativis, Et primam spe- De Speciebus quae sunt propriae appellativor.
ciem ponit adiectivum quod superfluum non est quoniam de
adiectivo incidenter egerat superius. Hic vero principaliter, 60,6-18
vel ideo repetit ut addat de propriis adiectivis, de quibus
superius nihil dixerat.

Est autem tripertita adiectivorum significatio. Alia 60,6-7
enim significant laudem, id est, tale accidens quod inesse Divisio adiectivorum tripertita
P f. laus est, ut 'iustus', alia vero significant vituperium, id
23ra est, tale accidens quod inesse vituperium est, ut 'iniustus',
alia significant medium, id est, tale accidens quod 60,8
inesse nec laus nec vituperium est, ut 'magnus'. Sed hoc
quoque videndum est quod licet medium per se dictum nec ad
laudem nec ad vituperium, tamen cum alia adiectione ad laudem
est, ut 'magnus imperator', cum alia vero est ad vituperium,
ut 'magnus latro'.

Est etiam quarta significatio adiectivorum cum 60,10-11
significat accidens unicuique et dicitur hoc accidens

'epitheton', id est, unicuique proprium, ut cum dicitur 'niger corvus', 'altum mare' et similia. Pr.II 28 GLK II

Et vide quod sunt talia adiectiva quae sunt propria nomina, ut adiectivum quod est in hac oratione, 'gradivus Mars'. 60,11-12

Est autem 'gradivus' tale proprium nomen quod est agnomen ab eventu. Dicitur enim 'gradivus' a 'gradin' quod est 'vibrare' vel quia 'gradatim itur ad proelium', vel 'gradivus' quasi 'cratos divus', id est 'potens deus'. Similiter Neptunus dicitur 'Ennosigaeus', id est, 'habitator Sigaei', illius promunctorii in quo templum habebat Neptunus. 'Ennos' enim 'habitator', 'Sigaeum' vero proprium nomen montis est iuxta Troiam vel 'Ennosigaeus' interpretatur 'profundum silentium'. 'Ennos' enim 'profundum' dicitur, 'sige', 'silentium' et vocatur Neptunus sic a profunditate maris et a silentio quod est in profundo. Similiter Romulus dictus est 'Quirinus' ab 'hasta', quoniam hastatus incedebat. 'Quiris' enim lingua sabina dicitur 'hasta'. Vel ideo dictus est Quirinus quia qua die translatus est et deificatus hasta sua dicitur floruisse. 60,11-18

Illud vero sciendum est quod licet haec propria videantur esse adiectiva, dicit tamen Priscianus quod quia loco propriorum accipiuntur, non possunt comparari, quod est proprium adiectivorum. Unde quidam volunt habere quod 'rationale' et 'risibile' non sunt adiectiva quoniam comparari non possunt. Sed potest dici quod hoc est proprium adiectivi, non quia conveniat omni sed quia soli. 60,13-14

Melius tamen est ut dicatur quod hic strictius accepit auctor adiectivum quam superius. Pr.II 28 GLK II

Videtur iterum velle Priscianus quod adiectivum numquam debeat poni sine substantivo, quia dicit commune adiectivum egere alio nomine et non proprium. Sed non ideo dicit egere quod non possit sine illo poni sed quia cum eo positum certiorem habet significationem. 60,13-15

P r. 23rb

Et vide quod paulo post dicit quoniam 'prudens' sumitur a 'prudentia' cum in sequentibus dicturus sit quod 'prudentia' derivatur a 'prudens'. Sed aliud est sumi, aliud derivari. Sumitur ergo 'prudens' a 'prudentia', id est participatione eius fit aliquis prudens. Hoc nomen tamen 'prudentia' derivatur ab hoc nomine 'prudens' quia a dativo illius formatur per adiectionem a litterae. 60,16

Ut autem progrediamur, secunda species appellativorum est ad aliquid dictum et eam secundo loco exequitur. Vide ergo quod rerum aliae referuntur ad aliquid, aliae vero non. Earum rursus quae ad aliquid referuntur, aliae per nomen suum referuntur, ut 'manus manuti manus', aliae per nomen accidentis, ut 'bos alicuius possessio'. Sed quae per nomen aliud referuntur et non per suum non dicuntur 'ad aliquid'. Earum vero quae per nomen suum referuntur, aliae non possunt esse nisi referantur, ut pater non potest esse pater nisi alicuius sit pater; aliae possunt esse etsi non referantur, ut manus potest esse manus quamvis alicuius non sit manus. Illae ergo res quae non possunt esse nisi referantur ad aliquid 60,19-22 Secunda species

per nomen suum sunt ad aliquid.

Et quoniam dictum est quae res sint ad aliquid, quae nomina sint huiusmodi videndum est. Dicimus ergo quod nominum quae significant rem quae est ad aliquid, alia significant eam non determinando inesse alicui, ut 'paternitas' et 'filiatio' et haec non sunt ad aliquid, alia significant eam determinando inesse alicui, ut 'pater' et 'filius' et haec sunt ad aliquid. Si ergo quaeratur sub qua specie appellativorum sint haec nomina, scilicet, 'paternitas' et 'filiatio', dicimus quod omnia nomina quae sic rem significant quod non inesse determinant sunt sub incorporali nomine quoniam tale quid nominant quod non est corpus.

Et quoniam dictum est quae nomina sint ad aliquid, videndum est quid significent et quid nominent. Significant igitur ipsas relationes determinando inesse alicui, ut 'pater' paternitatem. Nominant vero substantias quibus inest relatio illa.

Sequitur tertia species appellativorum quae est 'quasi ad aliquid' dictum. Dicunt ergo quam plures quod illa sola quae significant contraria immediata determinando inesse alicui, ut 'sanus' et 'aeger', sunt quasi ad aliquid. Sunt enim in hoc similia eis quae sunt ad aliquid quod unum ex alio quodammodo intelligitur. In hoc vero sunt dissimilia quod unum relativorum positum ponit alterum et destructum destruit sed horum neutrum positum ponit alterum nec destructum destruit, immo unum destructum ponit alterum et

60,23-27

Tertia species

P f. 23va

positum destruit, ut 'sanum' et 'aegrum' et 'dies' et 'nox'. Pr.II 29 GLK II
Quidam vero largius accipiunt 'quasi ad aliquid' dictum, ut contineat et nomina contrariorum immediatorum et nomina partialium substantiarum quae dicuntur 'quasi ad aliquid', quia per sua nomina ad aliquid referuntur, ut 'manus alicuius manus'. Non tamen sunt ad aliquid quia non est eis esse ad aliquid se habere, id est, esse possunt quae his nominibus significantur, etsi non referantur ad aliud.

Post haec vero repetit Priscianus de homonymis, id est, 60,28-61,2 aequivocis et synonymis, id est, multivocis, ut addat de speciebus synonymi, id est, de dyonymo et trionymo et tetraonymo. Hanc autem vim habent dyonyma quod diversis nominibus idem significant et nominant. Et sunt dyonyma quando duo nomina sunt eidem personae attributa, trionyma, quando tria, polionyma, quando plura. Et vide quod non possunt esse plura nomina eiusdem rei quam quattuor. Quod, quando invenitur, unum est praenomen, alterum, proprium nomen, tertium, cognomen, quartum, agnomen.

Illud quoque notandum est quod synonymorum appellativorum nominum causa inventionis est solum placitum; sed propriorum causa est differentia, cognatio, eventus, sicut praedictum est.

Potest tamen dici quod iccirco repetit de synonymis et homonymis quia relativa videbantur esse homonyma et synonyma, sed synonyma ideo quoniam duo relativa idem significare videntur quemadmodum duo synonyma idem significant. Cum enim dico "'Pater' significat patrem," et 'filius' eum

designat repraesentando. Relativa quoque alia videntur esse homonyma quia idem relativum videtur significare diversa sicut aliquod aequivocum. 'Pater' enim principaliter significat procreantem et filium consignificat, sed longe differunt. Nam homonymum sic diversa significat ut omnia illa per impositionem aequaliter significet, ut 'canis'. Sed 'pater' significat procreantem per impositionem, filium per repraesentationem sive per consignificationem et relativum utrumque semper, homonymum vero modo hoc, modo illud. Synonyma quoque eodem modo per impositionem aequaliter significant idem, relativa diverso modo quia unum per impositionem, alterum per repraesentationem. Pr.II 29 GLK II

f. 23vb

[Agit vero post haec de gentili nomine.] Et quoniam post illud quod est quasi ad aliquid dictum agitur de gentili et patrio, sciendum est in quo differant, in hoc, scilicet, quod gentile sumitur a nomine totius regionis, ut a 'Graecia' 'Graecus' et significat de qua gente aliquis sit, patrium vero sumitur a nomine unius solius civitatis, ut ab eo quod est 'Athenae' 'Atheniensis'. Sed secundum ea quae dicta sunt, omne patrium erit derivativum, quod falsum esse videtur quoniam 'Tros' et patrium nomen est et primitivum. Ad quod dicimus quod 'Tros' et primitivum et derivativum est, proprium quoque et appellativum. 'Tros' enim proprium nomen est personae a qua dicta est 'Troia' et tunc est primitivum. 'Tros' quoque cum appellativum est, patrium est et sumitur a patria, id est, a nomine illo quod est 'Troia'. 61,3-4 Quarta et quinta Differentia inter gentile et patrium (III) 467, 7-12

Pr.II 30
GLK II
61,5-6
Sexta species, sc., interrogat.

Sequitur interrogativum inventionis cuius causa haec est. Omnis dubitatio aut est de re simplici aut de rerum simplicium inhaerentia aut de ipsarum consecutione. Sed quoniam res omnes simplices in decem generalissimis continentur, ideo simplicium quaestionum decem sunt genera: quid sit, quale sit vel quantum et huiusmodi alia secundum ordinem praedicamentorum decem. Ad quaerendum ergo de re simplici, repertae sunt quaedam dictiones quae ab officio dicuntur interrogativae, ut 'quis' et 'qualis' et huius modi aliae.

Significationes interrogativorum

Et ut significationes earum breviter attingam, omnis interrogativa dictio significat illud idem quod nomen generalissimi, cuius species ad quaestionem factam per eandem dictionem possunt responderi, ut 'quis', substantiam, 'qualis', qualitatem; eodemque modo dicendum de ceteris. Sunt tamen qui dicant quod interrogativae dictiones significant substantiam et qualitatem sed eandem quam et nomina quibus adiunguntur vel quae eis respondentur.

Illud quoque addendum est quod interrogativae dictiones nihil nominant et, quoniam auctor dicit interrogativum esse quod sub interrogatione proferbur, cum generales accentuum regulas servant, dicendum esset hic de accentibus nisi quoniam
P f. 24ra
de eis sufficienter diximus.

61,7
61,8
De infinito nomine

Sequitur de infinito nomine de quo dicit equidem quod est interrogativo contrarium. Haec autem contrarietas est in accentu quia idem nomen quando est interrogativum servat

generales regulas accentuum, de quibus in orthographia dictum Pr.II 30-31
est. Quando vero infinitum est, gravatur per omnes syllabas. GLK II
Et vide quod 'contrarium' accipit hic pro diverso, quoniam non
recte sunt contraria gravari et acui et circumflecti. Bene
autem demonstrat diversitatem accentuum, cum dicit quod infinita 61,8
"in lectione" gravantur, id est, in serie orationis, ut "Qui
crediderit, salvus erit." Ecce "qui" in hoc loco gravatur.
Similiter: "Qualis esset, nullus ignoravit." Ecce "qualis"
gravatur omnibus syllabis. Si vero male pronuntiando usus
peccavit, non ideo regulam amittit. Quando vero interrogativa
sunt, haec acuuntur vel circumflectuntur et in hoc est ea
quam dicit 'contrarietas'.

Solent tamen quidam "in lectione" aliter accipere.
Lectionem enim appellant cum nomina supradicta infinite posita
iuxta se habent dictiones cum quibus legantur vel construantur
ut "Qui iustus est, salvabitur." Si autem iuxta se non habeant
cum quo legantur nec in lectione dicuntur poni nec gravantur,
ut hic: "Qui, cum venisset, repertus est."

Et vide quod eadem nomina secundum quosdam et relativa 61,9-10
sunt et similitudinis, quoniam sic faciunt relationem quod
ostendant illa esse similia de quibus est sermo, ut cum
dicitur "Talis est Socrates, qualis est Plato." Quidam tamen
dividunt et dicunt illa esse relativa quae sunt interrogativa,
ut 'qualis'. Similitudinis vero dicuntur esse redditiva, id
est, responsiva, ut 'tantus' et 'talis'.

Post haec agit Priscianus de collectivo, causa 61,21-22
De Collectivo

inventionis cuius haec est. Cum omne quod est sit unum numero, Pr.II 31
quandoque tamen sermo est de uno solo, quandoque de pluribus GLK II
divisim, quandoque de plurium collectione coniunctim. Ut
igitur haberent homines quomodo loquerentur de collectione,
ita tamen quod non de aliquo illius collectionis, inventa sunt
collectiva nomina, ut 'populus' et huiusmodi alia. Significant vero huiusmodi nomina quandam speciem numeri, scilicet,
pluralitatem circa substantias sed secundario aliquod aliud
P f. 24rb accidens, ut 'populus' cum significet numerum circa homines,
secundario designat quod sunt de civitate eadem, unde etiam
dicitur 'populus'. 'Polis' enim, priore corrupta, civitas est.
'Exercitus' quoque sic significat numerum circa substantiam
quod secundario notat exercitium, scilicet, quod congregati
sunt ad corpus exercendum. Nominant vero haec nomina collectiones rerum circa quas praedicta significant. Et vide quod
'populus' est collectio tam nobilium quam ignobilium civitatis
eiusdem; 'plebs' vero est collectio ignobilium.

Sequitur nomen dividuum causa inventionis cuius huius 61,23-25
modi est. Quamvis enim per collectivum nomen esset de pluribus De Dividuo
sermo, non tamen de aliquo illius collectionis sermo per
idem fiebat. Invenerunt ergo unum nomen per quod ita
fieret sermo de pluribus quod de unoquoque illorum et illud
vocaverunt dividuum. Sed sunt quaedam eorum quibus ita Divisio individuorum
loquimur de duobus tantum quod de unoquoque illorum, ut
'uter' et 'alteruter'. Quaedam vero sunt quibus de pluribus
loquimur quam de duobus, ita quod de unoquoque illorum, ut

'omnis', 'singuli'. Quaedam rursus sunt quibus loquimur de pluribus sed per pares numeros distributis, ut 'bini', 'terni' et cetera huiusmodi. Significant autem haec nomina modos loquendi, ut quibusdam videtur, sed nihil nominant. Vide autem quod 'bini' de paucioribus quam de quattuor dici non potest si proprie accipiatur; 'terni' quoque de sex ad minus dicitur; 'centeni' rursus non nisi de ducentis. Improprie tamen ponitur pro centum, sicut 'septeni' pro 'septem', velut Lucanus: "gurgite septeno rapidum mare." Pr.II 31 GLK II

Facticium ponitur deinde. Est autem facticium quod ita est impositum ut in se aliquid illius soni habeat quem reddit illud quod nominat, ut hoc nomen 'tintinnabulum' habet in sui prolatione aliquid de sono quem emittit campanula quam nominat. Et dicimus quod facticia nominant substantias quarum sonis sunt consimiles et communes illarum qualitates significant. 61,26-27 De Facticio

Nomen vero generale quod sequitur secundum significationem dicitur generale quoniam, scilicet, genus significat. Nominat vero res singulares a suis speciebus contentas. 61,28 Generale

Speciale quoque significat speciem et res sub se contentas nominat. 62,1-2 Speciale

Ordinale vero nomen inventum est ad significandum principaliter numerum quem et suum primitivum significat sed secundario quendam ordinem in suis substantiis denotat. Nominat vero substantias quibus talis ordo inest. Est igitur ordinale nomen quod secundario significat ordinem. 62,3 ⟨Ordinale⟩

P f. 24va

Numerale autem est quod significat numerum sine ordine sed quaedam significant numerum non determinando alicui inesse, ut 'binarius', 'ternarius', quaedam determinando inesse, ut 'unus', 'duo' et cetera. Utraque tamen dicuntur numeralia. Causa vero inventionis numeralium est haec. Quamvis enim hoc nomen 'homo' naturaliter sit singularis numeri et in designatione unius debeat poni, tamen ex adiunctis aliquando collective ponitur, ut "Solus homo est risibilis." Ad determinandum ergo quod non accipitur collective additur ei hoc nomen 'unus'. Rursus cum pluralia nomina determinent quod de pluribus est sermo, non tamen definiunt de quot. Cum enim dico "Homines legunt," certum est quod plures sed incertum est de quot dicatur. Ideoque inventa sunt nomina quae certum significarent numerum, ut 'duo'.

Pr.II 31 GLK II
Numerale

Causa inventionis numeralium

Absolutum vero dicitur nomen a constructione. Est enim absolutum quod non indiget adiunctione adiectivi ad determinandum accidentia vel substantialia, ut 'deus'. Certum enim est quod pius et iustus et misericors est, et si addantur haec, ad exaggerandum vel ad amorem ingerendum fit.

62,5-6
Absolutum

Quare absolutis adiungantur adiectiva

Temporale nomen quod sequitur est illud quod significat tempus, sive determinando inesse, ut 'annuus', sive non, ut 'annus'.

62,7
Quid nomen temporale et quod aliud significat inesse, aliud non

Locale quoque est quod locum significat quocumque modo, ut 'propinquus' et huiusmodi alia. Et haec quidem sunt species communes tam primitivis quam derivativis.

62,9-10
Quid locale nomen

Agit vero subsequenter de propriis speciebus derivativorum quae sunt appellativa quarum primam ponit eam quae dicitur patronymicum eo quod naturale vinculum progeniei significat. Pr.II 32 GLK II 60,1-4 62,15

DE PATRONYMICO

Quo ordine tractat Pr. de patronymico

De patronymico igitur tractat hoc ordine. Prius definit patronymicum secundum quod proprie accipitur patronymicum. 62,15-17

Deinde ostendit originem tam eorum quae vera sunt patronymica quam eorum quae non sunt vera. 62,17-65,12

Postea ostendit formas et formationes masculinorum a suis primitivis, 65,13-67,13

deinde formas et formationes femininorum a masculinis. 67,14-68,14

P r. 24vb

Causa vero inventionis patronymicorum bipertita est, scilicet, brevitas et commoditas. Brevius enim ostendimus de quolibet cuius filius vel nepos sit per unum solum nomen cum dicimus "Iste est Priamides," quam si hac uteremur oratione: "Iste est filius Priami." Commoditas quoque causa est inventionis eorum. Cum enim ars ista sit omnis doctrinae principium, compositio litterarum, sive metrica sive prosaica sit, ad eam pertinet; similiter et expositio auctorum. Si ergo puer hunc sensum oratione deberet exprimere, ignorantia regulae construendi et accentuandi forsitan peccaret in coniunctione vel prolatione dictionum. Ideoque commodum fuit invenire dictionem unam quae illum sensum exprimeret sine labore construendi et minorato labore accentuandi. Alia rursus est commoditas, quoniam haec locutio 'filius Priami, si obliquaretur, non posset in metro heroico poni.

Commoditas duplex

Prima commoditas

Secunda commoditas

Unde oportuit invenire quod loco eius in metro poni potuisset. Pr.II 32 GLK II 62,15-17

Significant autem patronymica filios vel nepotes, Significatio patronymicorum
id est, illas habitudines sive relationes quas significant
haec duo nomina, 'filius' vel 'nepos' et hoc "cum genetivo
primitivi," id est, significant alterutrum de illis relationibus principaliter et secundario personam quam significat genetivus primitivi. Quid enim est 'Priamides' nisi 'filius' vel 'nepos Priami'. Quid sit (signifi)care (relatio)ne(m) cum genitivo primitivi

Sed quaeritur quare plus dicatur "cum genetivo primitivi" quam cum nominativo. Quaestio Ad quod dicimus ideo quoniam genetivus in eius relatione ponitur. Solutio

Significat ergo patronymicum principaliter alterutram de his relationibus et secundario personam quam genetivus primitivi significat. Unde propter principalem significationem sunt appellativa et in principali quidem significatione omnia patronymica conveniunt; sed differunt in secundaria. Nominant vero personam cui respectu alterius inest illarum relationum alterutra. Quare patronymica sint appellativa Quid appellent patronymica

Patronymicum ergo est quod derivatur a nominibus propriis patrum secundum formam graecam, id est, ut terminetur in 'des', quae, scilicet, forma a Graecis sumpta est. Cum ergo dicitur quod derivatur, removentur omnia primitiva, sed quia hoc habent derivativa ab adverbiis et verbis et participiis additur "a nominibus" et quia quaedam derivantur ab appellativis quorum nullum est patronymicum adiungitur "propriis." Et quoniam sunt derivativa a propriis quae non sunt 62,15-16 Quid sit patronymicum

P f. 25ra

57,9-11

patronymica, ut a 'Iulo', 'Iulius', additur "patrum". Sed quia quaedam possessiva derivantur a propriis nominibus patrum, ut a 'Pompeio', 'Pompeianus', subditur "secundum graecam formam," ut 'Priamides'. Pr.II 32 ff. GLK II 62,16

Et vide quod haec tria veris patronymicis conveniunt, scilicet, derivari a propriis nominibus patrum et significare filios vel nepotes cum genetivo primitivi et terminari in 'des'; non veris patronymicis duo ex his conveniunt, scilicet, terminari in 'des' et significare filios vel nepotes cum genetivo primitivi. Tertium vero deest illis, id est, derivari a propriis nominibus patrum. Sed derivantur a nominibus matrum vel fratrum et consimilium, ut 'Maiades', id est 'Maiae filius', quae abusive dicuntur patronymica, id est, contra nominis etymologiam, id est, contra praemissam definitionem. 62,15-17 Differentia inter vera et non vera patronymica 63,11-13 64,3

Et quoniam hac patronymicorum forma utuntur Latini, sciendum est quod haec forma duobus modis regulariter secundum paenultimam variatur. Aliquando enim habet a correptam ante 'des', aliquando i correptam. Irregulariter quoque duobus modis. Aliquando enim habet a productam ante 'des', aliquando i productam'. Sed quoniam omnia patronymica a propriis et graecis nominibus derivantur de illis nominibus necesse est aliquid extra dicamus. 65,8-66,1 66,1-3 67,8-13 Quod duplex est regularis forma) duplex irregularis patronymicorum

Quae nomina apud Graecos terminant nominativum in 'as' vel in 'es', genetivum vero in 'ou' reducuntur apud Latinos in primam declinationem. Illi enim dicunt cf. 65,18-19 Quam) communionem) (hab)eant (nomin)a) pa-(tron)ymica . . .

'Aeneas Aeneou', 'Anchises sou'. Nos autem dicimus 'Aeneas Aeneae', 'Anchises Anchisae'. Quae vero nomina apud Graecos terminant nominativum in 'os', genitivum in 'ou', ut 'Primos Priamou' vel nominativum in 'ios', genetivum in 'ou', ut 'Menoetios Menoetiou', vel nominativum in 'eus' et genetivum in 'os' correptam, ut 'Peleus leos', apud Latinos reducuntur in secundam declinationem. Nos enim dicimus 'Priamus mi', 'Menoetius tii', 'Peleus lei'. Quae vero terminant nominativum in 'or' et genetivum in 'os' productam, ut 'Nestor Nestoros', vel nominativum in 'es', genetivum in 'ous' productam, ut 'Plisthenes Plisthenous' reducuntur apud Latinos in tertiam declinationem, ut 'Nestor Nestoris', 'Plisthenes nis'.

Pr.II 36-37
GLK II 66,6.12-13
f. 25rb
66,15-67,3

Cum vero a propriis fiant patronymica sciendum quod nulla sunt propria nisi primae vel secundae vel tertiae declinationis. Fiunt autem patronymica masculina a propriis nominibus primae declinationis mutata extrema diphthongo genetivi in a correptam et assumpta 'des', ut 'Aeneas Aeneae Aeneades', 'Anchises Anchisae Anchisades'. Invenitur tamen 'Anchisides'. Illa enim quae in 'es' desinunt mutant diphthongum sed raro in i correptam. Invenitur etiam 'Anchisiades' sed irregulare est, vel forsitan solebant Graeci dicere 'Anchisios Anchisiou'. Unde et nos 'Anchisius sii', et inde 'Anchisiades', sicut regula secundae declinationis docebit. Similiter quoque dicebant 'Anchises Anchisous', unde et nos 'Anchises Anchisis', et inde 'Anchi-

65,18-20; 66,6-10 Quod quae proprie dicuntur propria sunt primae vel secundae vel tertiae decl.
66,8-11

sides', sicut regula priorum tertiae declinationis demonstrabit. Pr.II 37-38

Omnia vero nomina secundae declinationis aut in duas i terminant genetivum aut in una i. Fiunt autem patronymica ab his quae terminant genetivum in duas i, extrema i mutata in a correptam et assumpta 'des', ut 'Menoetius tii Menoctiades'. Ab his autem quae terminant genitivum in unam i fiunt patronymica, extrema i correpta et assumpta 'des', ut 'Priamus mi Priamides'. Debuit ergo dici 'Pelides', correpta paenultima, sed quia Graeci dicebant 'Peleides ei' facientes diphthongum,in loco huius ponimus i productam, unde et dicimus 'Pelides', producta paenultima. Proprium omnium nominum secundae dec. 65,9 Formatio patronymicorum a propriis secundae declinationis Quare pelides productam penultimam <habet>

Fiunt iterum patronymica a propriis nominibus tertiae declinationis, subtracta extrema s a genetivo et addita 'des', vel in extrema syllaba interposita 'de' ut 'Nestor Nestoris Nestorides', 'Plisthenes nis Plisthenides'. Et de patronymicis masculinis hucusque dixisse sufficiat. 66,14-15 Formatio patronymicorum a propriis tertiae declinationis P f. 25va

Feminina vero patronymica tres habent formas. Terminantur enim in 'is' vel in 'as' . vel in 'ne' sed raro. Quando vero in 'is' vel in 'as' terminant, fiunt a patronymicis masculinis, substracta 'de', ut 'Priamides Priamis'. Debuit enim secundum regulam ab eo quod est 'Aeneades' dici 'Aeneas', non 'Aeneis', sed irregulare est, vel magis factum est ab eo quod est 'Aeneus Aenei'. Unde et 'Aeneides', patronymicum masculinum, quod nos dicimus 'Aenides', mutata 'ei' diphthongo in 'i' productam et inde, 67,14-68,13 De Patronymicis femininis De Terminantibus in as vel is Obiectio 67,17-22 68,3-4 Solutio

id est, ab 'Aeneides', factum est regulariter patronymicum femininum 'Aeneis'. Pr.II 38-3 GLK II

Dicetur iterum quod iuxta regulam debuit dici 'Pelis', ab eo quod est 'Pelides', sed dicimus ad usum non esse respiciendum sed potius ad regulam. Debuit enim dici 'Peleides' et inde patronymicum femininum 'Peleis'. 68,1-4 Obiectio et solutio

Quae vero patronymica feminina desinunt in 'ne', vel i habent ante 'ne' vel o. Formantur autem haec ab ipsis propriis nominibus hoc modo. Si primitivum proprium nomen non habet i puram paenultimam, tunc si finalis syllaba incipit ab una consonante vel a pluribus, quicquid erit post consonantes in 'ine' mutabitur, ut 'Adrastus Adrastine'. Sed si finalis syllaba non incipit a consonante, quicquid erit post consonantem paenultimae syllabae transfertur in 'ine', ut 'Nereus Nerine'. Si vero primitivum i puram paenultimam habuerit ante o productam, retenta o et addita 'ne', facit patronymicum femininum, ut 'Acrisios Acrisione'; vel sic: si proprium nomen terminat genetivum in duas i, mutatur extrema in 'one', ut 'Acrisius Acrisii Acrisione'. 68,5-13 De Terminandis, id est, formandis

Et vide quod omnia patronymica masculina sunt primae declinationis, ut 'Aeacides Aeacidae'. Facit autem accusativum 'Aeacidam'. Quandoque tamen 'Aeacida' facit secundum graecam declinationem. 62,17

Feminina vero quae in 'is' vel in 'as' desinunt tertiae sunt declinationis ut 'Priamis Priamidis'. Quae autem 67,16

in 'ne' desinunt graecam servant declinationem. Dicitur enim 'Acrisione Acrisiones', sicut 'Penelope Penelopes' et sunt huiusmodi primae declinationis. Et de patronymicis tam masculinis quam femininis dictum est. Pr.II 40 GLK II

P f. 25vb

DE POSSESSIVIS

68,17 ff. Quare possessiva continantur patronymico

Possessivum merito statim ponitur post patronymicum, eo quod quandam speciem possessionis significare videtur, scilicet, filios vel nepotes, licet cum genetivo primitivi. Causa vero inventionis possessivorum eadem est quae et patronymicorum, hoc est, brevitas et commoditas de quibus satis dictum est superius. Causa inventionis possessivorum

Significat autem possessivum idem quod hoc nomen, 'possessio', et secundario personam quam et genetivus primitivi. Cum enim dico 'priameius', nihil aliud significo quam possessionem Priami. Et quoniam infinitam possessionem significat, ideo exigit sibi aliquod nomen addi quod possessionem certificet, ut 'Priameius equus'. Nominant vero possessiva res quae possidentur. Tractat autem Priscianus de his hoc ordine. Prius describit possessivum in quo significationem eius ostendit, deinde, dat differentiam inter patronymicum et possessivum, postea ostendit originem, deinde formas et formationes. Quid significant possessiva et quare exigant consortium alterius

Quid appellet possessivum 68,15-17

Ordo tractatus Pr. 68,17-69,1 69,1-4 69,20-70,8

Illud vero videndum est quod possessivorum alia sunt possessiva sola significatione, ut 'equester', alia sola terminatione, ut 'extraneus', quae omnia improprie possessiva dicuntur, alia et significatione et terminatione, ut 'Priameius'. 70,9 ff. Divisio vero possessivorum tam ea quae proprie quam ea quae improprie dicuntur pos.

Sed quaeritur quare una forma plus dicitur forma possessivi quam alia. Et dicimus vel quia possessiva prius inventa fuerunt in ea vel quia plura possessiva desinunt in eam quam in aliam. Unde quia in 'er' vel in 'is' pauca possessiva desinunt, non dicuntur haec formae possessivorum. Pr.II 40-43 GLK II Quaestio Solutio

Possessivum ergo significat aliquid ex his quae possidentur, id est, significat possessionem infinitam quod notatur per hoc infinitum nomen 'aliquid', scilicet, et hoc cum genetivo primitivi, id est, significando illam personam secundario quam et genetivus primitivi, ut 'regius honor', scilicet, 'qui a rege possidetur'. 68,15-17 Descriptio possessivi

Differunt autem possessiva a patronymicis, eo quod possessiva significant aliquid ex his quae possidentur ita quod nullum definite. Patronymica vero aliquid quod possidetur definiunt, id est, filios vel nepotes. Et ut altius dicatur in hoc differunt indubitanter quoniam possessiva significant possessionem principaliter, secundario personam quam et genetivus primitivi; patronymica vero principaliter significant relationem alterutram, vel eam, scilicet, quae significatur hoc nomine 'filius' vel 'nepos' et secundario personam quam genetivus primitivi. Si ergo evenit ut patronymica et possessiva ab eodem proprio nomine deriventur, ut 'Priamides' et 'Priameius', idem significant secundario sed diversa principaliter. Ideoque sub diversis speciebus ponuntur. In hoc rursus differunt quod patronymica nomina tantummodo sunt deorum vel hominum; possessiva vero res omnes quae possidentur

Differentia inter patron. et possessiv.

P f. 26ra

Possessio et subiectio Differentia inter eadem

Priamidis differentia

68,23-69,1 Obiectio ‹Solutio›

nominant cuiuscumque sint naturae. Pr.II 40-43

Quod autem inter possessiva ponitur a Prisciano GLK II 69,2
hoc nomen 'optativus' non videtur conveniens, cum nec habeat Obiectio
significationem possessivi nec terminationem. Non est enim in
'vus' aliqua forma possessivorum. Sed potest dici quod non Solutio
habet naturaliter v consonantem ante 'us'. Est enim
regulare 'optatius', sed causa euphoniae vel hiatus prohibendi
interponitur v. Est ergo de naturaliter desinentibus in 'us'
puram, quae est forma quaedam possessivorum, ut paulo post
demonstrabitur.

Et ut de formis possessivorum agatur, prius enumerat 69,20 ff.
Priscianus eas quas a Graecis accepimus de unaquaque tractando,
postea proprias Latinorum. 74,21 ff.

Est ergo prima forma quam a Graecis accepimus 69,21
"in 'cos' quam mutamus in 'cus', antecedente a correpta vel Quae sit prima formatio pos. 69,24-27
i." Possessivorum vero huiusce modi formae alia habent pares In cus
syllabas cum genetivo primitivi, alia superant in una syllaba,
de cuius rei cognitione talis regula potest haberi. Si
possessiva desinentia in 'cus' habeant c a suo primitivo, pares Forma de illis quae habent c a primitivo
habent cum eo syllabas, ut in 'Ithace Ithacus', sin autem,
superant in una syllaba.

Si opponatur de 'bacchicus' et 'monachicus', dicemus
quod non loquitur hic nisi de illa c quae est ante 'us'. Ista
vero non habent eam a primitivo sed est paenultimae syllabae,
quod patet ex aspiratione.

De illis vero quae totum 'cus' extra assumunt, cf. 69,25-70,7
Forma de illis quae

Pr.II 43 GLK II

quando habent a, quando i, talis poterit regula haberi. Si
P f. 26rb primitiva habuerint i paenultimam puram, ita, scilicet, quod non habent c a primitivo
non sit consonans inter eam et sequentem vocalem, derivativa inde in 'cus' desinentia habent a ante 'cus', ut 'Italia Italiacus'. Alia vero omnia habent i correptam ante 'cus', ut 'Italus Italicus'.

69,21-70,8 Regula formationis possessivorum in cus

Regula vero formationis possessivorum hanc formam habentium sic potest colligi. Possessiva quae habent c a primitivis fiunt ab eis mutato in 'us' quicquid est post c, ut 'Ithace Ithacus'. Quae vero habent i paenultimam puram, quidquid est post i paenultimam in genetivo mutatur in a correptam et accipiunt 'cus', ut 'Italia Italiae Italiacus'. Reliqua vero omnia, si ultima syllaba genetivi illorum incipit a consonante, quicquid est post illam consonantem mutant in 'icus'. Si autem ultima syllaba genetivi illorum incipit a vocali tota mutatur in 'acus'. Secundum ergo hanc regulam a 'Simo Simonis' fit 'simonicus', a 'simonia', 'simoniacus'.

70,9-74,20 De Possessivis in us puram terminantibus

Est autem alia forma possessivorum in 'us' puram desinentium de qua agit ostendendo varietates eius secundum paenultimam, quae licet plures sint, de duabus paenultimae formae diversitatibus agit, scilicet, de brevi e et longa, ideo quoniam de his certa poterat dari regula. Est autem huius modi. Omnia latina nomina in 'eus' desinentia et quae fiunt a Graecis quae non habent a genetivo e ante 'os' habent e correptam ante 'us', ut 'ferreus', 'hectoreus'. Reliqua

70, 11

habent e productam, ut 'spondeus'. Pr.II 44-4 GLK II

Illud vero quod interponit videndum est, scilicet, 70,21
quod omnia fere nomina ad materiam pertinentia habent 70,18-19
e correptam ante 'us', ut 'ferreus'. Quare autem "fere" 70,19-20
apponatur, ipse auctor determinat, scilicet, propter 'quernus'
et 'colurnus' et huius modi alia. Secundum hanc ergo regulam
nomen panis ex ordeo facti, cum pertineat ad materiam et non
sit inter ea quae in hac regula excipit Priscianus, debet
habere e ante 'us', ut dicatur 'ordeaceus' vel 'ordeiceus'.
Sed de antepaenultima an debeat habere a vel i quaeritur. Quaestio
Sed quod habeat i ex nulla potest conici regula. Numquam Solutio
enim invenimus dictionem quae in genetivo terminato in i
accipiat 'ceus'. Sed quod a debeat habere ante 'ceus' ex
P f. 26va hoc perpendimus quoniam, scilicet, plurale|neutrum in multis
simile est feminino singulari. Sed feminina in nominativo
singulari accipiunt 'ceus', ut 'malva malvaceus'. Sic ergo 116,2
hoc neutrum in nominativo plurali debet accipere 'ceus' et
facere 'ordeaceus'.

Illud quoque quod interserit videndum est, scilicet, 71,1-3
quod cum pro 'ei' diphthongo saepissime ponamus e productam,
tamen, subtracta i, quandoque ponimus e quae remanet correpta. 73,10-14
In quo sequimur Ionas, illos, scilicet, Graecos qui subtrahunt
"i in huius modi nominibus, si non genetivus primitivi 71,10; 73,11
sit par nominativo possessivi" post illam subtractionem. 73,12-13
Si enim, subtracta i, parificari contingat primitivi genetivum 73,13-14
cum nominativo possessivi tunc equidem non subtrahunt sed

mutant 'ei' diphthongum in e productam. Unde quia 'Achilleos' Pr.II 47-50
genetivus est primitivi, a nominativo possessivi 'Achilleios' GLK II
non subtrahunt i. Si enim subtraherent, tunc eadem vox esset
nominativus possessivi et genetivus primitivi, quod, ne fieret,
dicunt 'Achilleios'. Nos autem mutantes 'ei' diphthongum in e 73,14-16
productam dicimus 'Achilleus'.

Cum ergo dicit Virgilius: "Qui tela typhoea temnis," 73,20
corripiendo e, videtur contra regulam fecisse. Est enim in Obiectio
graeco possessivum 'typhoeios', a quo nihil subtrahunt Iones,
ne si subtrahant i dicentes 'Typhoeos' genetivus primitivi
putetur qui idem est in vocis sono. Cum ergo secundum regulam
debeat produci e ante 'us', quid est quod Virgilius eam
corripuit? Dicimus ergo quod tres inveniuntur nominativi, Solutio
unum et idem designantes, scilicet, 'Typhoeus' et
'Typhos' et 'Typhon'. Ab eo ergo quod est 'Typhoeus
[huius] Typhoeos' sit possessivum 'typhoeus ea um', paenultima
producta. Ab eo vero quod est 'Typhos· Typhoos' regulare est
'typhoeus ea um', paenultima correpta, et hoc est quod posuit
Virgilius cum ait: "Qui tela typhoea temnis." Ab eo vero quod
est 'Typhon' nullum invenitur possessivum.

Et hae quidem formae sunt quarum una in 'cus', altera
in 'us' puram finitur quas a Graecis sumpsimus.

Sunt autem aliae Latinorum propriae quarum prima 74,21-75,14
P f. est quae desinit in 'rius'. Differt autem 26vb a praedicta in
'us' puram quia haec habet 'ri' semper ante 'us', sive a
primitivo habeat, ut 'praetorius', sive accipiat extra, ut

De latinis formis possessivorum
De Desinentibus in rius

'catilinarius'. Et vide quod in hac forma divisim ponit Priscianus 'rius' et 'ria' et 'rium', quia inveniuntur feminina in 'ria', ut 'stlataria', et neutra in 'rium', ut 'ptisanarium', quae non sunt a masculinis. Quid vero significent, paulo post dicetur. Pr.II 49 ff. GLK II 74,20 74,24

Est rursus et alia Latinorum forma in 'nus' quam potius exequitur varians illam secundum paenultimam quoniam Latini frequentius utuntur illa forma in significatione possessiva. Sunt igitur tres varietates paenultimarum huius formae de quibus certas dat regulas, scilicet, quae debeant habere a ante 'nus', quae i productam, quae i correptam. 75,15 ff.

De illis ergo quae habent a ante 'nus' regula huius modi habebitur. Possessiva in 'nus' desinentia, si veniunt a dissyllabis vel trisyllabis desinentibus in a, nisi sint nomina <m>utorum animalium, a habent ante 'nus', exceptis istis: 'iugurtinus', 'messalinus', 'terrenus'. Similiter et ea quae veniunt a semper pluralibus, ut a 'Thebis' 'Thebanus', et quae fiunt a nominibus desinentibus in 'ius', ut ab eo quod est 'Titius', 'titianus', et ab adverbiis in e longam desinentibus excepto 'hodiernus', et quae fiunt a desinentibus in 'culus' vel in 'cus' supra duas syllabas, excepto 'masculinus', et quae fiunt a neutris quae habent consonantem ante 'um', excepto 'tarentinus', et quae fiunt a nominibus tertiae declinationis quae crescunt in genetivo, excepto 'clementinus', 'veternus', 'aeternus', 'abiegnus', 'amoenus'. Haec inquam omnia habent a ante 'nus'. 75,22-26 Regula 77,9-15 77,13-14 77,16-20 77,21-25 77,25-26 77,27 77,27-78,3 78,5-8 78,8-9 80,12 70,19 81,6.10

77,9 ff

Sed contra illam huius regulae partem quae dicit quod Pr. II 54 ff
venientia a dissyllabis vel trisyllabis desinentibus in a, nisi GLK II
sint mutorum animalium nomina a habent ante 'nus', 77,9-15
exceptis his: 'iugurtinus', 'messalinus', 'terrenus', obici- 76,22-23
untur haec, scilicet, 'camerinus', 'alexandrinus', 'fabraternus'. 77,13-14 Obiectio
dici potest vel quod Priscianus ea in sequentibus excipit, vel Sed 76,13-81,5
quod non loquitur . . nisi de illis quae veniunt a primitivis 82,1 Solutio duplex
P f. 27ra disyllabis vel a trisyllabis. Haec autem veniunt a tetra-
syllabis: 'cameria', 'Alexandria', 'fabrateria'. Si dicatur Obiectio contra secundam solutionem et solutionem 77,12
hoc esse falsum quia ubi agit Priscianus de his ponit
'suessula', quod est tetrasyllabum, dicimus quoniam tri-
syllabum est. U enim inter s et e amittit vim litterae, ut
'insuetus'.

Opponitur rursus de 'femina' et 'petra' quae faciunt Alia obiectio contra regulam et solutio eius 238,9.15
'femininus' et 'petrinus'. Sed 'femininus' non est a 'femina',
sed a 'femine', nec 'petrinus' a 'petra' sed a 'petros', quod
est 'durus'.

'Matutinus' a 'matuta', 'vespertinus' a 'vesperta' non 80,12
debent excipi quia de desinentibus in 'tinus' propriam per 76,20
se dat Priscianus regulam. De 'mustelinus' quoque et 'aquilinus' 80,9-11
quoniam nomina sunt mutorum animalium nulla est oppositio. 80,3 77,10-11

Sed contra hoc quod dicit Priscianus, scilicet, quod 79,14-80,5
desinentia in a producta et assumpta 'nus' faciunt possessivum 77,9-11
huius formae, potest obici quoniam 'Hispania' debet facere Obiectio 76,10
'hispanianus'. Sed dicimus quod non loquitur ibi nisi de 81,15-19 ‹Solutio›
illis quae accipiunt totum 'nus' extra. De illis enim

quae habent n a primitivo per se facit doctrinam. Pr.II 58 ff.

Ideo autem dictum est "nisi sint nomina mutorum animalium," quoniam quae fiunt ex his debent habere i ante 'nus' ut 'aquilinus', 'mustelinus'. GLK II 77,10-11 80,3

Ideoque dictum est et quae fiunt a neutrisquae habent consonantem ante 'um', quoniam si antecedat vocalis, possessiva, quae inde fiunt, habent i ante 'nus', ut ab eo quod est 'Perusium', 'perusinus'. De illis quae habent i praedante nus 80,12 78,5-6 78,20-21

Et quoniam dictum est de his quae habent a ante 'nus', dicendum est de illis quae habent i productam vel correptam ante 'nus', quarum regula haec est. Possessiva in 'nus' 78,20-24 desinentia quae veniunt a nominibus tertiae declinationis habentibus pares syllabas in nominativo et genetivo et non desinentibus in 'er', ut 'Hercules Herculis herculinus', et 78,23 quae veniunt a nominibus secundae declinationis desinentibus 78,24 in 'er', ut 'auster austrinus', vel a nominibus eiusdem declinationis habentibus consonantem ante 'us', exceptis desinentibus 79,3 in 'cus' vel in 'culus' supra duas syllabas, ut 'divus divinus', excepto ab 'humo' 'humanus' et 'colurnus' a 79,1-2 79,5.8-9 81,11 'corilo' et 'taciturnus' a 'tacito', et quae veniunt a neutris 81,13 in 'ium' desinentibus, ut 'Venusium venusinus' et quae a 79,2 79,7 nominibus mutorum animalium cuiuscumque declinationis sint, 79,14-15 ut 'lepus leporinus', et omnia in 'tinus' quae habent t a 76,20;81-14 primitivo, ut 'vesperta vespertinus', haec, inquam, omnia habent i productam ante 'nus'. Illa vero sola quae in 'tinus' 80,9-10 desinunt et non habent t a primitivocorripiunt regulariter i

P r. 27rb

ante 'nus', ut 'cras crastinus'. Pr.II 60 GLK II 80,11.18

Si opponatur 'pagus' quod facit 'paganus' et non 'paginus', dicimus quod quia graecum est non continetur in ista regula. 'Pagos' enim graece 'villa' dicitur latine. Obiectio et solutio

Similiter 'Christos' quoniam graecum est facit 'christianus' non 'christinus', vel dicamus quod a 'Christo' regulariter 'christinus' et inde 'christianus'. Et vide quod 'Christos' interpretatur 'unctus'. Obiectio et solutio Alia solutio

Item obicitur 'pedanus' a 'pedio' quod debuit facere 'pedinus' quoniam fit a neutro desinente in 'ium'. Horatius tamen ponit 'pedanus': Item obiectio

Quid te nunc dicam facere in regione pedana.

Dicimus ergo 'pedanus' non esse derivatum a 'pedio' vel si tamen derivatur abusivum est. Similiter abusivum est a 'pado' 'padanus', ex quo 'transpadana regio'. Solutio

Rursus secundum hanc regulam ab eo quod est 'coccus ci' derivatur 'coccinus na num' et debet habere i productam ante 'nus na num'. Quod ergo corripuit Iuvenalis ibi:

cavet hunc quem coccina lana

fuit emphasis secundum poeticam licentiam. Est autem 'emphasis' figura quando id quod breve est producitur et syllaba quae longa est breviatur. Quid sit emphasis

Secundum hanc regulam quoque 'hyacinthinus', 'amethystinus', 'adamantinus', 'smaragdinus' debent producere i ante 'nus'. Similiter 'cilicinus', quod iam derivatur a neutro desinente in 'ium' quod est 'Cilicium', 23,17 Item obiectio

debet paenultimam i producere. Quod ergo dicit Persius: Pr.II 50-51

Hic aliquis cui circa humeros hyacinthina lana est Solutio

P f. 27va et|Iuvenalis: "Vendunt amethystina vatem," poetica licentia est. Dicunt tamen plerique quod ab hac regula excipi Sententia aliorum debent omnia a filo vel lapide sumpta.

'Clandestinus' vero si derivatur a 'clam', quoniam desinit in tinus, et non habet t a primitivo, debet i paenultimam corripere. Si vero sit compositum a 'clam' et 'tenendo' vel 'stando' debet producere i, ut 'mediastinus', quoniam desinit in 'tinus' et habet t a primitivo. Sed quod 'clandestinus' sit a 'clam' dicit (III) 51, 2 Priscianus in tractatu indeclinabilium. Quod vero sit compositum, nusquam dicit.

Et vide quod possessiva desinentia in 'nus' quae non 75,19-20; 75,26; 76, 2 habent a vel i ante 'nus' non possunt sub regula prorsus colligi, sed illa per enumerationem Priscianus exequitur. Ideoque ad praesens illa praetermittimus. Dictionum vero significationes quae in hoc tractatu aliquid habent difficultatis interim expediemus.

'Martius a um' dicitur 'bellicosus a um'.

'Sacrarium' locus est ubi sacra reponuntur, 'donarium', ubi dona, 'armarium' ubi arma.

'Cardian' graece, 'cor' latine, inde 'cardia', infirmitas quae vulgariter dicitur 'cordis pulsus', inde 'cardiacus', qui talem patitur infirmitatem.

'Mechanicus ca cum', ['adulterinus a um',] unde artes mechanicae dicuntur, id est, adulterinae, ut ars carpentaria et ceterae serviles.

'Mulio'nis' custos muli et inde 'mulionicus ca cum', quasi 'possessio mulionis'.

'Penula' vestis est mulieris et dicitur a Poenis qui dicuntur sic a Phoenissa, id est Didone, et est idem 'Poenus' quod 'Punus'. Dicuntur autem 'Puni' quasi 'punicei' propter solis propinquitatem. Ponitur tamen 'penula' pro 'tunica' indifferenter.

'Taxus' aliquando femininum est et est nomen cuiusdam arboris, aliquando masculinum et tunc est nomen animalis quod alio nomine dicitur 'melota'. 'Cilicium' etiam quod de pelle huius animalis fit dicitur melota, ut ibi: "Circuierunt in melotis et in pellibus caprinis."

'*Arusius' locus est ubi optimum vinum nascitur.

'Eous' primus splendor et valet tantum quantum orientalis.

'Sabaeus' nomen est patrium.

'Hyleus' dictus est quidam gigas ab 'hyle', quod interpretatur 'silva'.

P f. 27vb 'Dione' dicitur 'Venus' quasi 'duos nectens', vel quasi 'de duobus nata'. Interpretatur tamen 'claritas'.

'*Ptolomo' interpretatur 'regno', inde reges Aegypti dicebantur 'Ptolomaei'.

'Timo' interpretatur 'floreo', unde 'Timaeus'.

'Euboea' et 'euroea' nomina sunt derivativa a propriis 'Eubos' et 'Euros'.

'Spondeus' pes est et interpretatur 'tractivus' quia longo tractu profertur eo quod ex duabus longis constat.

'Alpheus' primitivum est et proprium nomen fluvii. Est etiam possessivum et tunc declinatur mobiliter 'alpheus a um'.

'Deiopea' nomen est proprium et interpretatur 'terrorem faciens'.

'*Gene<x>' interpretatur mulier et inde 'γυναικεῖον' graecum, unde 'gynaeceum' latinum, quod est lupanar vel locus ubi texunt mulieres.

'*Eden' ponitur pro '*eiden' quod est 'videre'.

'Μῆον' pro 'μεῖον' quod est 'minuens'.

'Phthius' dicitur a 'ptio' quod est 'respondeo'.

'Dius a um' quasi 'generosus a um'.

'Chius a um' patrium nomen est a Chios insula unde 'chium vinum'.

'Sperchius' fluvius Thessaliae vel mons Laconiae.

'Arius' proprium nomen est equi vel '*ares' dicitur 'virtus', inde 'arius Mars' quasi 'bellicosus'.

'Caecuba' quasi 'caeca vina', unde "caecuba vina ferens."

'Arimaspe' gens quaedam est.

'Legatarius' dicitur princeps legationis vel cui res aliqua testamento dimittitur a 'lego gas'.

'Uxorius' est qui deservit uxori eique deditus est et obedit, sicut 'proletarius' a 'prole'.

'Stlataria' navis est marina. 'Stlata' enim et <'thalatta'> et 'thalassa' unum sunt, id est, mare.

'Ptisanarium' vas est in quo 'tisanae' ponuntur, id est pultes ex farina ordei factae.

'Tabellarius' dicebatur antiquitus qui scribebat dicta imperialia.

'Censor' est morum correptor et inde 'censorius'.

'Collarium' proprie canum est, 'torquis' hominum.

'Plantarium' est quod est in planta, ut solea, vel 'plantarium' est quod avellitur cum caespite et plantatur.

P f. 28ra 20 'Planta' vero ramus de arbore demptus et replantatus.

'Motoria' dicitur navis quae in motu est.

'Palmarium' est signum victoriae vel laudis.

'Sthenianus' dicitur a 'Stherio', oppido et est patrium nomen.

'Anienus' nomen est fluvii.

'Horno' est adverbium ab 'hoc' et 'anno' compositum, unde dicitur 'hornus a um' et 'hornotinus na um', res unius anni.

'Populeus' dicitur a 'populo' nomine arboris, unde: "Popule, vive precor."

'Aesquilinus' collis est Romae.

'Leucothoe' dicitur 'Aurora' quasi 'alba dea', quoniam 'leucos' interpretatur 'albus', 'theos', 'deus'.

'Antesignanus' dicitur 'primipilarius', id est, 'vexillifer'.

'Libertinus' filius liberti dicitur, 'libertus' vero qui de servo factus est liber.

'Acerrae rarum' nomen est civitatis sed 'haec acerrae' dicitur vasculum in quo thus reponitur.

'Membrana' secundum quosdam est illa tenuis pellicula quae est super alas vespertilionis vel ut alii dicunt 'membrana' feminini est pergamenum, 'membranum' neutri pellicula ovis.

'Subsolanus' dicitur ventus qui venit a meridie.

'Lucina' dicitur Diana, eo quod praestat lucem nascentibus.

'Mancus' dicitur quasi 'manu carens' et videtur etymologia esse, non compositio.

'Regium' <et> 'Signium' et huius modi alia nomina sunt castrorum.

'Neapolis' nomen est civitatis.

'Hirundo' avis est, 'hirudo', vermis qui dicitur 'sanguisuga' a 'sugendo sanguinem'.

'Metropolis' dicitur 'mater civitas', unde 'metro-

politani' dicuntur archiepiscopi et videtur compositum a 'polis', quod est 'civitas', et '*metros' graeco, quod latine dicitur 'mater', non a '*metros' quod est 'mensura'.

'Mustela' compositum est a 'mure' et 'telon' graeco quod est longum, unde 'tela' derivatur et 'telum', unde etiam componitur 'protelo as', quod est 'prolongare' et dicitur 'mustela' quasi 'mus longus'.

'Vervex', unde 'vervicinus na num', dicitur aries a verme quem habet, ut dicunt, in capite.

'Fuscina' est gestamen gladiatoris, id est, tridens.

'Fiscus' est saccus in quo reconduntur publica vectigalia, vel secundum alios marsupium regis vel fiscus regis praedium ex quo, scilicet, ad regis mensam habentur redditus unde etiam dicitur cum aliquis absque herede moritur quod bona eius confiscantur, id est, ad regis praedia rediguntur.

p f. 28rb

'Fuscus' color quidam et ponitur pro nigro.

'Pagos', unde dicitur 'pagus', villa dicitur latine.

'Mutina' civitas quaedam est.

'Ariminum' civitas similiter.

'Fabrateria' locus est ubi fabri habitant vel civitas.

'Sabrateria' navis est piratica vel civitas similiter.

'Veternum' infirmitas quaedam est quae facit iuvenem videri senem et inde 'veternus' dicitur infirmus; 'veteranus' enim dicitur emeritus.

'Piscina' est aquarum in locum unum confluentia et absque piscibus, unde dicitur per antiphrasim piscina.

'Aricia' silva est Dianae consecrata.

'Caral(i)s' est oppidum.

'Gades' insulae sunt Hispaniae.

'*Drepanus' portus est ubi Anchises sepultus est.

'Pelignus' populus est Marsorum a 'Peligno' oppido Ovidii. 'Pelignus' quoque dicitur 'a pelice genitus'. 'Privignus' namque dicitur quasi 'prius' vel 'privatim genitus'. Quod pelignus duo significat

Et quoniam in hoc eodem tractatu dicitur quod 'vespertinus' dicitur a 'vesperta' non a 'vespere', diversa vero nomina in diversis terminationibus et significationibus inveniuntur similia, de his etiam aliquid dicamus. 'Vesperta' igitur dea est. 'Vesperi' vel '*vesperus' stella est quae 'Hesperus' dicitur. 'Hoc *vesperum' obscuritas quae fit nube interposita inter nos et solem vel luna quacumque hora diei vel noctis. 'Hi vesperi horum vesperorum' vel 'hae vesperae harum vesperarum' officium; 'hoc vespere huius vesperis', tempus officii; 'haec vespera huius rae', crepusculum inter diem et noctem cuius genetivum ponunt auctores pro adverbio ut ibi: "Vespere autem sabbati quae lucescit in prima . . . " Sed opponitur quod relatio non fit ad adverbia sed ibi ad vespere fit relatio. Ad quod dicimus quod ad nomen positum loco adverbii saepe fit relatio, ut si dicam "Caesar est Romae, quae est caput totius mundi." Et de possessivis satis dictum est. De significationibus nominum dictis ab hoc nomine vesperta

Obiectio

Solutio

DE COMPARATIVIS

Pr.III 1 GLK II 83,2 ff.

Comparativum vero post possessivum ponitur, causa inventionis cuius haec est. Cum viderent auctores quaedam accidentia subiectis inesse, diversas voces ad unum accidens diverso modo significandum invenerunt. Inventa est ergo vox una quae sic significaret accidens ut nulli inesse determinaret, ut hoc nomen 'iustitia'. Sed quia accidentia subiectis inerant et cum augmento et cum deminutione, reperta est alia vox quae sic inesse determinaret accidens ut non definiret an alteri magis an minus inesset, ut hoc nomen 'iustus'. Inventa quoque est tertia vox quae sic idem significaret inesse quod cum augmento sed non determinaret utrum multum vel parum, ut 'iustior'. Quarta etiam vox reperta est quae cum augmento illud inesse significaret sed illud maxime inesse determinaret, ut 'iustissimus', in quo pariter habemus causam inventionis superlativorum. Haec igitur voces quattuor 'iustitia', 'iustus', 'iustior', 'iustissimus' idem equidem sed diverso modo significant.

P f. 28va

Causa inventionis comparativorum

Quomodo significat positivum

Quomodo comparativum

Causa inventionis superlativorum

Comparatio autem alia rei, alia vocis. Et est comparatio rei demonstratio existentiae accidentis in subiecto cum quodam augmento. Unde Boetius dicit nihil ad comparationem venire nisi accidens. Comparatio quoque vocis est eiusdem proprietas talis quae ex se faciat aliam vocem in eadem parte orationis manentem quae idem significet cum augmento. Sunt autem partes orationis quae nec rei nec vocis comparationem habent, ut pronomen, coniunctio, praepositio; quod inde con-

Divisio comparationis

Quid sit comparatio rei

Quid comparatio vocis

Quae partes orationis non comparantur et quare et ideo quare pronomen

tingit quia pronomen significat substantiam quae nec intensionem nec remissionem recipit. Et hoc est quare rei non habet comparationem, ergo nec vocis, quia cuicumque deest rei comparatio, et vocis, sed non e converso. Coniunctio autem et praepositio quia nihil certum significant carent omnino comparatione. Verbum vero habet comparationem secundum rem, non autem secundum vocem. Significat autem actionem quae inaequaliter potest inesse diversis, sed non facit ex se aliud verbum quod idem significet cum augmento. Ideoque non dicitur vocis comparationem habere. Similiter et participium.

Pr. III 3 GLK II

Regula quare coniunctio et prep comparantur

Ecce quare non convertitur proxima regula

Cum enim verbum locum positivi obtinet ad comparativum nomen et superlativum, illa quidem comparatio irregularis est, ut 'detero deterior deterrimus'. Semper enim regularis comparatio in eadem parte orationis debet manere. Nomina itaque sola et adverbia utramque habent comparationem. Illa vero nomina tantum comparantur quae significant accidens determinando inesse et non cum augmento. Igitur hoc nomen 'iustitia' non comparatur.

P f. 28vb

84,15 99,12

Proprium regularis comparationis

Quae dictiones habeant comparationem vocis et sign. et quae nom.

Gradus vero comparationis est vox significans accidens et inesse determinans, faciens ex se aliam vocem idem significantem vel facta ex alia voce idem significante. Hae igitur tres voces 'iustus iustior iustissimus' tres gradus comparationis dicuntur esse. Translatione vero sola dicuntur gradus. Ut enim gradibus ascensus est de imo ad summum, ita in his tribus vocibus. Prima enim determinat inesse sed non definit utrum aliis plus vel minus; alia altius ascendit

Quid gradus comparationis

374,7

et cum augmento, licet indeterminate inesse significet; tertia plus ascendit cum maximo augmento inesse significans. Pr.III 1 GLK II 83,23

Tractat autem Priscianus hoc ordine de comparativo, primus definiendo et in ipsa definitione ipsum dividendo, deinde ostendendo originem et quandam proprietatem, in qua Latini a Graecis differunt, postea, formationes comparativorum a suis positivis ponendo, ad ultimum, abusiones eorundem quas faciunt auctores manifestando. Quo ordine agit Pr. de comparativo 85,16-86,13 86,14-20 89,9 ff. 86,21; 92,6 ff.

Comparativum ergo est quod significat "'magis' adverbium," id est augmentum indeterminatum, ut hoc adverbium 'magis' et sic removentur superlativa quae 'maxime', non 'magis', significant et hoc augmentum significat cum intellectu positivi, id est, significat et nominat quod et suum positivum. Sed quia hoc non convenit eis comparativis nominibus quae derivantur ab aliis partibus orationis, addit vel quod significat magis cum participe sensus positivi, id est significat augmentum non circa rem, id est, significatum positivi sed circa particeps sensus sui positivi, id est, circa coaccidens rei quae significatur per suum positivum, ut 'ulterior'. Positivum enim eius quod est 'ultra' significat locum qui nec magis nec minus recipit sed distantia coaccidit loco, quae potest intendi et remitti | et illam appellat "particeps sensus positivi" circa quam ulterior significat augmentum. Cetera vero comparativa significant augmentum circa rem, id est, significatum sui positivi, ut 'iustior'. 83,3 Quid sit comparativum 83,3 83,9 P f. 29ra

Sunt et aliae eiusdem rei expositiones quibus ad

praesens supersedendum esse diiudicavi. Habes igitur hic divisionem comparativorum, scilicet, quod alia significant magis cum intellectu positivi, alia cum participe sensus positivi. Pr.III 1 Divisio comparativorum innuatur descriptione comparativorum

Ut tamen sequens littera Prisciani commodius legi possit, poteris aliter exponere "quod significat 'magis' cum aliquo participe sensus positivi," id est, significat rem, hoc est, subiectum quod participat re significata per positivum, ita, scilicet, quod augmentum circa illam participationem significat, ut 'ulterior' significat rem quae participat loco designato per 'ultra' et augmentum circa illam participationem. Neque enim locus augmentum recipit sed eius participatio. De huius modi vero comparativis dicit quod fiunt ad personas sed quia persona proprie est rationalis naturae individua essentia addit vel ad res participes sensus positivi, id est, comparatio non fit per haec ad res positivorum vel ad nominata ipsorum sed ad ea quae participant sensu positivi. Quid enim aliud est "Iste est ulterior" nisi quod "Est ultra illum qui est ultra." Cum autem dicitur "Socrates est albus, Plato est albior," comparatio fit ad rem nominatum per positivum et circa eius significatum. 'Albior' enim est magis albus quam qui dicebatur 'albus'. 83,3 Alia expositio descriptionis comp. commodior litterae 83,4 83,13 83,13

Et ut originem istorum attingam huius modi comparativa veniunt a verbis, ut 'detero deterior', vel ab adverbiis, ut 'ultra ulterior'. Cetera vero nascuntur a nominibus adiectivis, ut ab eo quod est 'albus albior'. 83,7 83,8-9 83,17

Quod autem quaedam gentilia inveniuntur quandoque comparari, hoc propter proprietatem gentis quam significat contingit. Unaquaeque enim gens suum habet proprium, ut Britones, stultitiam, Anglici, ostentationem, Puni, instabilitatem secundum quam comparantur haec. Unde Plautus: Pr.III 3-4 GLK II 84,5-8 Quare est quod gentilia quaedam comparantur 84,8

Nullus hodie punior me est

id est, instabilior.

Illud vero notandum est quod 'potior' nascitur ab hoc nomine 'potis' voce et non significatione. Illud enim significat possibilitatem, istud melioritatem. 'Potior' enim est 'melior'. 84,15 84,15-17

f. 29rb

Illud quoque adiungit quod illa adverbia localia sunt ex quibus nascuntur comparativa. Sed opponitur quod a 'pridem' adverbio nascitur nomen comparativum nec tamen est locale. Dicimus ergo quod non omnia dixit localia esse sed propter maiorem partem dictum est. Quidam tamen dicunt quod 'pridem' et locum et tempus potest significare; ut enim 'prior' et loco et tempore dicitur, ita etiam 'pridem', et sic in una significatione erit locale, in altera, temporale, quod minime putamus. 85,2-3 91,14-17 Obiectio Solutio Sententia aliorum quam refutat m. p.

Sed quaeritur de adverbiis localibus quomodo possint comparari cum locus non recipiat magis et minus. Dicunt itaque quidam quod quamvis significet locum tamen secundario significant distantiam quae magis et minus potest recipere et secundum eam comparantur. Magis tamen verum esse videtur quod haec adverbia non significant locum sed in loco, id est, localiter et pertinent ad praedicamentum 'ubi', non 'quantitatis'. Quaestio Solutio quorundam Solutio magistri correctior

Ea vero quae sunt de praedicamento 'ubi' possunt recipere magis et minus. Dicuntur ergo localia, non quod significent locum, sed quia significant in loco et ideo comparantur. Pr.III 5 GLK II Quare adverbialia dicuntur localia 85,16

Proprietas vero in qua Latini a Graecis differunt circa comparativum huius modi est. Dicunt enim Latini quod comparativum sic potest poni in constructione quod una persona comparatur ad unum vel ad plures vel ad omnes sui generis, ut "Iste Romanus est fortior illo Romano," vel "illis tribus Romanis," vel et "omnibus aliis Romanis," quod Graeci non concedebant posse fieri sed alii propter alias causas et alias. Quidam enim dicebant esse ad dedecus suae gentis si una persona ad omnes suae gentis posset comparari. Alii vero concedebant hoc posse fieri sed quotiens hoc contingeret dicebant hoc per superlativum debere fieri. Differentia inter latinos et grecos in usu comparativorum 85,17-18 Causa illius differentiae ab antiquis assignata 86,12

Hanc ergo ultimam rationem primum sic improbat Priscianus quoniam, scilicet, una persona sic potest comparari ad omnes suae gentis, ut non multo excedat sed superlativum multum excedere significat. Quare tunc non est utendum superlativo sed potius comparativo quod sic excellere significat ut non determinet sive multum excellat sive parum. Unde etiam ex se facit deminutivum, ut ab eo quod est 'maius', 'maiusculus'. 86,2-4 Improbatio illius causae sm Pr.

P f. 29va

Et vide quod deminutivum comparativum significat accidens et augmentum eiusdem sed cum deminutione augmenti. 'Maiusculus' enim rem maiorem sed parum designat. Unde propter augmentum accidentis dicitur comparativum, sed propter deminutionem augmenti, deminutivum. 86,3-4 101,3-6 Quid significat diminutivum Causa appellationis comparativi diminutivi

Primam iterum rationem Graecorum confutat Priscianus hoc modo. Concedebant enim quod una persona poterat per comparativum ad tres vel ad quattuor suae gentis comparari, ut "Iste Graecus fortior est illis tribus." Concedebant iterum illorum trium posse fieri comparationem ad omnes alios suae gentis per comparativum, ut "Illi tres sunt fortiores omnibus aliis Graecis." Unde concludit auctor necessario "Ergo iste Graecus fortior est omnibus aliis Graecis." Et sic potest una persona ad omnes alios suae gentis comparari.

Pr.III 5-8 GLK II 86,5
86,6 Alia improbatio Pr. sententiae antiquorum
86,7-13

De comparativis vero deficientibus vel abusivis de quibus Priscianus adiungit sic habendum est. Sunt quaedam in quibus omnino deficiunt comparativa natura vocis repugnante. Sunt alia quae habent comparativa sed irregularia. Adiectiva namque quae habent vocalem ante 'us', ut 'pius', non faciunt comparativa, repugnante regula quadam, impediente etiam inconvenienti quodam. Regula enim est quod omnis comparativus debet superare genetivum sui primitivi una syllaba. Si ergo 'pius' faceret regulariter comparativum, in genitivo acciperet 'or' et esset 'piior' et sic esset i inter duas vocales quam vel oporteret transire in consonantem et tunc esset 'piior' disyllabum nec excederet genetivum sui primitivi quod esset contra regulam. Vel etiam si remaneret vocalis, esset nimius hiatus tribus vocalibus continue positis. Haec ergo causa est quare non dicatur 'pius piior', sed 'magis pius', ut comparativum saltem compleatur per circumlocutionem.

86,21 ff. De Comparativis quae vel deficiunt vel sunt abusiva
86,21-88,14
88,15 ff. Quare quaedam adiectiva non comparantur
87,3-4 Regula
87,13
87,10-11
87,11-12
87,15

Sunt autem quaedam quae comparativa habent irregularia

87,15-89,3 De Comparativis irregularibus

ut 'bonus melior', 'iuvenis iunior' et huiusmodi alia. 'Iu- Pr.III 9 GLK II
nior' ‹irregulare› est et numero syllabarum quia non superat genetivum sui primitivi et tempore quia producit primam cum
P f. 29vb primitivum suum corripiatur|et puto ideo ut quod deest ei in
5 syllabis recuperet in temporibus. Habet itaque quattuor tempora, ut 'iuvenior' regulare si esset in usu.

'Plus' etiam irregulare est ab eo quod est 'multum'. 89,3-4
Et vide quod in singulari numero deficit in masculino et feminino genere. In plurali autem numero habet omnia genera, ut 89,4-6
10 'hi' et 'hae plures' et 'haec plura'. Sed comparativum, cum soleat iungi cum ablativo, quaeritur quomodo 'plus' iungatur Quaestio cum genetivo, ut "Plus vini habeo quam olei." Ad quod dicimus quo- Responsio niam suum positivum construitur cum genetivo, ut 'multum olei'. Regula enim est quod, cum quocumque obliquo construitur Regula
15 positivus, et comparativus praeter illam quam habet ex natura comparativi constructionem. Ut "Iste est doctus grammaticae" dicitur, similiter et "Iste doctior grammaticae illo." Construitur enim comparativum hoc cum genetivo propter suum positivum, cum ablativo quoniam est comparativum.

20 Quaeritur rursus, cum 'plus' sit comparativum et Quaestio comparativum omne soleat adiungi subiecto, an 'plus' cum aliquo subiecto possit coniungi, ut dicatur "Hoc vinum est plus vinum illo," sicut dicitur "Est melius vinum illo." Et dicunt plures hoc non posse fieri quoniam in construction- Sententia quorundam
25 magis habet sensum adverbii quod non construitur nisi cum adiectivis, quod minime putamus. Verius enim videtur esse Solutio ‹magistri›

'plus' esse et nomen et adverbium sicut cetera comparativa neutra. Nomen itaque potest construi cum substantivo, non autem adverbium. Pr.III 10-12 GLK II

Et ut de formatione comparativorum dicatur, comparativa quae a nominibus fiunt aut a nominibus adiectivis secundae declinationis fiunt a genetivo, addita 'or', et correpta i paenultima, ut 'clarus ri rior', aut ab adiectivis tertiae declinationis, addita 'or' dativo et correpta i paenultima, ut 'fortis ti tior'. Comparativa vero desinentia in 'or' faciunt neutra comparativa, mutata 'or' in 'us', ut 'fortior tius'. 86,14-20 89,9 ff. De regulari formatione comparativ. 86,14-18 89,11-22 Regula

P f. 30ra Et omnia quidem comparativa desinentia in 'or' communia sunt duum generum, excepto 'senior', quod masculini generis tantum est, quoniam et eius positivum 'senex' similiter. 89,22-90,1

Comparativa quoque derivata ab adverbiis in 'ra' desinentibus mutant 'ra' in 'er' et accepta 'ior' formantur, ut 'ultra ulterior'. De ceteris non potest regula dari. Sunt itaque quattuor comparativorum genera: quaedam a nominibus usitatis regulariter, ut 'doctus doctior', quaedam a nominibus usitatis irregulariter, ut 'magnus maior', quaedam a nominibus inusitatis regulariter, ut 'munificens munificentior', quaedam vero ab adverbiis, ut 'supra superior'. 90,7-9 De Comparativis <derivatis> ab adverbiis comparativorum 86,18 89,3 91,22 90,9

Et quoniam sub dubitatione ponit iterum Priscianus an 'prior' debeat dici comparativum- videtur enim significare tempus sicut 'pridem', quod non recipit maius et minus- dicimus quoniam 'prior' significat praeteritum tempus et ordinem et binarium numerum. Cum enim dico "Iste prior fecit," haec 90,17

tria designo, scilicet, et istum in praeterito tempore fecisse et alium post et hunc esse unum de duobus. Secundum hoc ergo quod significat tempus vel numerum non est comparativum, sed in eo quod ordinem significat. Pr.III 14 GLK II

Ut autem abusiones comparativorum in constructionibus discernere possimus, sciendum est quod tribus modis inveniuntur comparativa abusive posita, scilicet, in significatione et constructione, in significatione et non constructione, et in officio. 92,6 Quis fiat abusio comparativorum

Sed ad cognoscendas abusiones istas necesse est ut omnium horum attingamus proprietates. Propria igitur significatio comparativorum est accidens positivi cum augmento vel res particeps accidentis illius, ut a primo principio expositum est. Propria vero eorum constructio est quod cum ablativo construuntur vel cum nominativo interposita 'quam'. Proprium quoque est illorum officium quod in qua oratione ponuntur ostendatur idem accidens inesse diversis sed alteri magis. Significatio comparativorum 96,10-13 Comparativa et constructio eorum

In significatione igitur et constructione duae inveniuntur abusiones. Aliquando enim sine ablativo ponitur quae est abusio constructionis et significat pariter id quod positivum sine augmento quae est abusio significationis, ut 'senioris Acestae', id est, senis. Aliquando similiter sine ablativo ponitur et significat minus positivo, ut 'tristior', id est, aliquantulum tristis. 92,6-12 Prima species abusionis Secunda species

p 25 f. 30rb Rursus in significatione et non constructione duae re- Divisio secundae speciei abusionis comp.

periuntur abusiones. Quandoque enim construitur cum ablativo, quae est propria eius constructio, et tamen non significat accidens vel rem participem sensus positivi cum augmento sed significat positionem accidentis quod significat in una persona sine augmento et remotionem eiusdem in alia, quae est significationis abusio, ut "Sapiens est doctior stulto," id est, doctus est, stultus autem, non. Quandoque vero construitur regulariter cum ablativo sed significat quod positivum contrarii cum 'minus' adverbio, ut "Ponticum mare dulcius est quam cetera maria," id est, minus amarum. Pr.III 15 GLK II 92,14-15

In officio quoque multas habet comparativum abusiones. Quandoque enim significat augmentum et cum ablativo construitur sed diversa accidentia eidem inesse demonstrantur, ita tamen quod in diversis temporibus alterum magis, ut "Iste vir est iustior quam pulcher in pueritia." Quandoque ostenduntur diversa accidentia diversis personis inesse sed alterum magis uni, ut "Iste est doctior quam ille dives." Sunt etiam aliae abusiones, cum, scilicet, comparativum ad suum superlativum comparatur vel ad se ipsum cum debeat eius comparatio fieri semper ad suum positivum, ut "Achilles fuit fortior Hectore fortissimo Troianorum," vel "Hectore fortiore Patroclo." Et videtur haec abusio rursus esse in officio.

Tertia species abusionis comp., scil., in officio comparativorum similiter in duo dividit

Quae aliae fiant abusiones comparationis a praedictis 92,17-18 93,1

Et vide quod ad superlativum absolute positum, id est, sine genitivo plurali non potest comparativum comparari. Non enim potest dici "Iste est fortior fortissimo." Sed

Quod ad idem superlativum absolute positum non fiat comparatio

si ponatur cum genetivo et personae sint diversi generis, tunc potest fieri talis comparatio, ut "Iste Graecus est fortior Hectore fortissimo Troianorum." Si vero personae sint eiusdem generis, non fiet haec comparatio. Non enim potest dici "Iste Graecus est fortior Achille fortissimo Graecorum." Pr.III 15-18 GLK II

Illud quoque videndum est quod quando comparativus comparatur ad comparativum, aliquando comparatur ad se in eadem persona sed respectu diversorum temporum, ut "Iste factus vir est fortior se puero fortiore eo quem vicit;" aliquando comparatur ad se in diversis personis, ut "Achilles est fortior Hectore fortiore Patroclo." Rursus unus comparativus comparatur ad alium aliquando in diversa persona, ut "Iste est fortior isto | ditiore aliis;" aliquando in eadem persona, ut "Iste vir est fortior se puero probiore aliis." P f. 30va

Diversitas comparationum quae fiunt in comparatione comparativi ad comparat. 93,1

Est rursus alia abusio comparativorum in hoc, scilicet, quod comparativum cum debeat significare augmentum invenitur ita positum ut aequalitas quaedam designetur, ad cuius rei evidentiam dicamus quod tribus modis dicimus unam personam superare aliam in duobus accidentibus. Aliquando enim aequaliter in utroque et tunc ponitur 'tam' adverbium cum uno, 'quam' cum alio, ut "Iste est tam fortior isto quam iustior." Aliquando plus in uno quam in alio et tunc cum uno ponimus 'magis', 'quam' vero cum alio, ut "Iste est magis fortior istoquam iustior." Aliquando sic quod indeterminate utrumque et tunc possumus ponere comparativos sine adverbiis, ut "Iste est fortior et iustior isto." Eisdem quoque tribus

Alia abusio comparativorum a praedictis

93,17-18

94,8

modis comparamus unam personam duabus in uno accidente, ut "Iste est tam iustior isto quam illo," vel "magis iustior isto quam illo," vel "iustior isto et illo." Illud quoque videndum est quod positivum contrarii cum 'minus' adverbio aliquando significat quod comparativum, ut "Iste est minus stultus illo," id est, prudentior. Pr.III 18 ff. GLK II cf. 94,9 93,20-94,5

Quaeritur vero an sit dicendum "Maior horum est caritas," vel "maior his." *Dicunt ergo plures grammatici quod si comparativum cum suo construatur substantivo tunc exigit* ablativum vel nominativum interposita 'quam', ut "Socrates maior est illo," vel "quam ille;" si vero per se, id est, sine substantivo ponatur, tunc potest construi cum genetivo plurali, ut "Maior illorum veniat ad me," et obtinet tunc vim superlativi. Et de comparativo sufficiat hucusque. Quaestio Solutio communis

DE SUPERLATIVO

Post comparativum vero tractat Priscianus convenienter de superlativo quia tertius gradus comparationis est et idem significat cum eo et cum augmento sed maiori. Quae vero causa sit inventionis et de significatione et nominatione eiusdem in comparativo satis dictum est. Tractat autem de superlativo Priscianus hoc ordine. Prius definit superlativum, deinde, ostendit originem, postea formas, post formationes, ad ultimum, quasdam convenientias et differentias superlativorum cum comparativis. 94,15 ff. Ordo tractandi de superlativo 94,15-19 94,21-22.2 95,1-25 100,1

Et vide quod describit superlativum per divisionem, non ut dividat superlativum, set ut omne superlativum geminam Pr. 25 30vb Descriptio superlativi et expositio eiusdem

significationem habere ostendat. Dicit itaque quod superlativum est illud nomen quod comparatur, id est, quod significat rem cum augmento secundum quod res una comparatur alteri et per hoc removet positiva et substantiva nomina. Sed quia hoc habent comparativa, addit "ad plures sui generis," id est, suae gentis vel suae proprietaties, suae gentis, ut Graecus ad Graecos, suae proprietatis, ut scelerosus ad scelerosos. Sed quia comparativum aliquando comparatur ad plures sui generis, addit et "superponitur omnibus," id est, designat personam aliis superponi et multum superare in illo accidente quod significat. Et addit Priscianus aliam significationem superlativi, non quod prima omni et soli non conveniat, sed quia non ubique et illa quidem significatione superlativum prolatum per se, id est, sine comparatione habet intellectum positivi cum 'valde' adverbio, ut cum dicitur "Ille est fortissimus," id est, valde fortis. Vide ergo quod ubi superlativum comparatur significat accidens cum augmento respectu aliorum, ut "Achilles fuit fortissimus Graecorum." Ubi vero non comparatur significat accidens cum augmento absolute, id est, sine respectu aliorum, ut "Achilles est fortissimus," id est, valde fortis.

Pr.III 18 GLK II 94,15

94,15

94,15-16

94,16-17

Nota diversos modos significandi in superlativo 94,17

94,18-19

Illud quoque videndum est quod per comparativum potest una persona comparari ad plures vel ad omnes alterius generis ut "Iste Graecus est doctior omnibus Romanis." Per superlativum vero semper fit comparatio inter res eiusdem generis, ut "Iste Graecus est fortissimus

Nota differentiam inter comparat. et superlativum in modo significandi 85,16-18

Graecorum." [vel "Iste scelerosus est scelerosior omnibus scelerosis"] Pr.III 22-27 GLK II 85,18-86,2

Et in tractatu quidem superlativorum nihil aliud dignum exceptione invenio nisi quod dicit quoniam omnis forma superlativi habet i correptam ante 'mus', quod videtur esse falsum quia, cum 'primus' sit superlativum, habet i productam ante 'mus'. Sed non dixit omne superlativum habere i correptam ante 'mus', sed omnem formam superlativi, id est, in 'timus' et in 'fimus' et cetera. Et de superlativis haec sufficiant Regula 99,1-2 Obiectio magistri Solutio 94,25

⟨DE DEMINUTIVIS⟩

P f. 31ra De deminutivo vero Priscianus tractat subsequenter post superlativum quia sic superius ordinaverat. Tractat autem hoc ordine. Prius definit deminutivum secundum hoc quod proprie accipitur, postea ostendit causam inventionis, originem, formas et formationes tam verorum deminutivorum quam eorum quae non sunt vera deminutiva. 101,3 Ordo tractandi de diminutivo 101,3 101,17 ff 101,6-14. 19-102,4

Significat autem deminutivum aliquando deminutionem illius quod principaliter significat et non illius quod nominat, ut 'regulus' significat deminutionem dignitatis, non personae cui inest et quam nominat. Aliquando vero significat non deminutionem illius quod significat sed illius quod nominat, ut 'homuncio'. Significat enim principaliter substantialem qualitatem quam et 'homo', quae nec augeri nec minui potest. Ut ergo breviter dicamus, omnia quae derivantur a primitivo quae significant accidens, Quid significat diminutivum 101,4 102,9 De Significatione diminutivorum

significant deminutionem circa illud quod principaliter nominant. Excipitur fortasse 'parvulus', quod obici posset. Alia vero significant deminutionem circa illud quod principaliter nominant. Et vide hoc esse dictum de veris deminutivis. De significatione autem aliorum suo loco dicemus. Pr.III 26 GLK II Supradictae regulae

Significat ergo omne verum deminutivum principaliter quod et suum primitivum, secundario vero deminutionem vel circa illud quod significat vel quod nominat. Vera autem deminutiva nominant personas quibus inest illa deminutio. Quid appelent dimin.

Definit itaque deminutivum hoc modo. Deminutivum est quod significat deminutionem sui primitivi, id est, circa illud quod significat suum primitivum vel circa illud quod nominat. Sed quia hoc totum habent deminutiva comparativa, ad remotionem illorum addit "absolute," id est, sine comparatione vel relatione ad aliud. Et vide quod deminutiva comparativa principaliter significant augmentum accidentis. Unde principaliter comparativa dicuntur; secundario significant deminutionem augmenti. Unde secundario et non principaliter dicuntur deminutiva. Diminutivum sm Pr. 101,3 101,3 101,6-14 ‹Quid principa‹liter signifi-› cent diminutiva ‹com-› parativa

Ostendit vero postea Priscianus causam inventionis tam verorum deminutivorum quam non verorum et sunt tres causae. Prima enim causa est necessitas, quia, scilicet, ea quae voces | vel significant vel nominant aliquando deminuuntur. Ut ergo auctores haberent quomodo deminutionem illam notarent, necessitate quadam ducti invenerunt deminutiva nomina et haec quidem sola vera sunt deminutiva. Secunda vero causa 101,17-102,4 Causa inventionis 101,17 P f. 31rb Secunda causa

est urbanitas, id est, curialis irrisio, ut Iuvenalis: Pr.III 26-27

Unde fit ut malim fraterculus esse gigantum. GLK II 101,19

Quod quidam exponunt,"id est, simia." Sed magis puto eum voluisse intelligi "Mallem esse quantus gigas," et dixit "fraterculus gigantum" deridendo, quasi parvulum appellando qui est maximus. Tertia vero causa est adulatio, id est, blandimentum quoddam, ut 'Antoniaster'. 101,22 Tertia causa Et vide quod principaliter ista significant quod sua primitiva, sed non significant deminutionem sed urbanitatem secundario, vel blandimentum quod potest dici adulatio. Unde improprie dicuntur deminutiva.

Deinde ostendit originem deminutivorum Priscianus dicens quod vel nascuntur ab appellativis nominibus, ut ab eo quod est 'rex', 'Regulus', vel a propriis ut ab eo quod est 'Antonius', 'Antoniaster'. 102,1 De Origine diminutivorum 101,16 101,22

